BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
7 C
25

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13-7-C 25 R+

30

CHRISTOPHORI
PANTIAE IVRISCONSVLTI, ET
PATRICII ALEXANDRINI.

IN TICINENSI ACADEMIA
PVBLICE PROFITENTIS
COMMENTARIA
AD TIT. INST.

DE OBLIGATION. ET QVIB. MOD.
re contrahitur oblig.
Recta quadam methodo expoſita.

ALEXANDRIAE
Apud Herculem Quinctianum, Anno 158
Superiorum conceſſu.

Λ3 7 E 25

ILLVSTRISSIMO
ET REVERENDISSIMO D. D.
MICHAELI BONELLO SANCTAE
Romanæ Eccleſiæ Cardinali Alexandrino &c.
Domino ſuo colendiſsimo.

CHRISTOPHORVS PANTIA
I. C. Alexandrinus S. D.

CVM primum animum ad profitendum iuris interpretationem appuli, ſtatim in animo habui, efficere, vt quam celerrimè fieri poſſet, meę interpretationis aliqua conſtaret ratio, quæ argumento eſſet tibi, ad demonſtrandum, quanta in me ſemper fuerit affectio, ſingularisq; erga te deuotio, & quàm propenſus ſemper fuerit meus erga te animus, indicioq; alijs eſſe quandoq; poſſet ad detegendam multorum in alios coniectam rabiem, quibus cùm ingenij vim natura negarit tamquam virtute carentes, ſecundum Ariſtot. malitia pollent & calliditate valent. Hinc eſt, quòd pauculos hoſce licet acerbio-

res fortaſſis, quàm par ſit, ingenioli mei quarto anno profitentis fructus, quos ſuperiori anno in ſcholis degustandos auditoribus meis tradidi, tibi, qui præclariſſimum Pij Quincti colendæ memoriæ ſanctitatis, & religionis exemplum hereditario quodam iure in te poſsides, decusq;, & patriæ noſtræ ſplendor virtutibus tuis vbiq; fulges, conſecrarim, vt ſint tibi arrhæ loco, quia ſi hoſce placuiſſe cognouero, maturiores offerre nõ retardabo; Interim autem Cardinalis Illuſtriſs. te rogatũ velim, vt munuſculum hoc, quod ego tibi ſeruus inter alios deditiſsimus offero, non aſperneris, magna enim elargiri, aut grandia præſtare fortunatiorum eſt. Sed vnà cum offerentis affectione, ſingulariq; ipſius erga te deuotione, clementer ſuſcipias, & ſub auctoritatis, dignitatis, & prudentiæ tuæ clipeo protegas, remq; non ex prætio ſed ex dantis voluntate æſtimes. Vale & te D.O.M. vt opto, ſecundet. ex Ticinenſi academia. ſexto idus Martij Anno ſalutis Dominicæ 1588.

AD LECTOREM

SAEpe numero conſideraui, candide Lector, Iuris Cæſarei interpretes architectis æquiparari plurimum poſſe, qui tunc ſe architectos non fabros eſſe demonſtrant, Cum, multiplici materia eis exhibita, bonum ædificium rectè diſpoſitum, omnibusq; partibus abſolutum architectantur. Video etenim materiam, & ea, quæ ad legalem hanc architecturam ſunt neceſſaria à doctoribus hic, & ordinariè nobis abundè exhibitam eſſe, Ita vt Fabricandi ſolùm arte opus interpres habeat; Hanc ego callere exoptans plurimum, ea quæ meis temporibus ab alijs legerentur iterum in mentē reuocans, recentiorumq; ſcripta reuoluens, vidi alios ſuper gloſematis diutius, quàm par ſit, inmorantes, & à declaratione terminorum diuertentes, pluribus, quæ ad rem pertinent omiſsis, ad exteras quæſtiones tranſitum facere, Ita vt longiori potius repetitione vtantur, quam ſimplici declaratione terminorum, aduerſus Iuſtiniani præceptum, de quo in §. his igitur ſupra de Iuſt: & Iure, quæ ratio docendi incipientibus potius obeſſe, quam prodeſſe ſolet: alios deinde audiui, qui ad ampliationes, & limitationes omnia, quæ ex textu, & gloſis colliguntur, non ſine magno incommodo trahere contendentes, Iaſonem potiuſquam Inſtitutiones exponere videntur. Hiſce omnibus reiectis, Azonem terminorum patrem amplexus, cuius memoria vſq; in hodiernam diem viguit, conſideraui Inſtitutiones a Iuſtiniano in gratiam iuniorum hoc ideo compoſitas, vt ex eis prima cognoſcantur iuris elementa, & inde habeatur

perfecta

perfecta terminorum cognitio,ita vt inde poſsint diligentiſsima, atq; exactiſsima interpretatione, quæ à doctoribus ordinariè traduntur, percipi, & propterea methodica traditione, iuxta Azonis ordinem omnes, & ſingulos terminos, qui ad materiam, de qua in textu agitur, pertinent, auditoribus meis exponere plurimum elaboraui, vniuerſaliora minus vniuerſalibus præmittendo,& ab vniuerſalibus tanquam a notioribus iuxta doctrinã Ariſt: Phiſic: primo ad particularia, de quibus in textu agitur, ea potiſsimum ratione deſcendendo, quia non niſi eis cognitis ad ſpecialium cognitionem diſtinguendo, & diuidendo recte poteſt deueniri. Verum quia nonnulla ét ex gloſis colliguntur, quæ ad materiam, de qua in textu agitur, pertinent, ideo pro mediocritate, quam munus inſtitutarij expoſtulat, ea exponere non recuſaui, hæc omnia per quæſtiones ad euitandam confuſionem bono ordine tradens. Accipe igitur candide lector mea hæc qualiacunq; ſint læta fronte, in quibus bene ſcripta ſi quæ reperies, non mihi, ſed omnipotenti Deo accepta referas, ſin malè, & inconſideranter dictum quid inuenies, fraterna caritate te rogatum velim, vt inuida detractione ceſſante, benigne corrigas, & emendes, cupio etenim à maioribus meis edoceri. Vale.

TABVLA INDICANS PRINCIPALES TERMINOS QVI in hoc libello declarantur.

DE obligatione naturali ſola chart. 4.
De oblig. naturali primeua. 5.
De obligatione naturali ſecundaria. 9.
De obligatione ciuili ſola. 17.
De obligatione mixta. 20.
Quib. mod. re contrahitur oblig. 41.
De contractu mutui. 43.
De mutuo mere naturali. 45.
De mutuo naturali cui ius ciuile fauet per aliquam fictionem. 50.
De Indebito. 57.
De commodato. 72.
De depoſito. 83.
De reali oblatione debiti facta cum obligatione, & depoſitione. 83.
De ſequeſtro ſiue depoſito ſequeſtrario. 86.
De ſequeſtro conuentionali ſiue extraiudiciali & voluntario. 87.
De ſequeſtro iudiciali, & neceſſario. 89.
De ſequeſtro facto officio iudicis nobili. 90.
De ſequeſtro facto officio iudicis mercenario deſeruiente

deſeruiente ſequeſtrationi. 90.
De ſequeſtro quod fit ad petitionem ſequeſtris ſiue ſequeſtrarij. 91
De ſequeſtro quod fit ad petitionem partis. 91.
De depoſito ſimplici. 93.
De depoſito vero regulari & voluntario. 94.
De depoſito confeſſato. 97.
De depoſito irregulari. 98.
De depoſito neceſſario 99.
De pignore. 100.
De hypotheca. 100.
De hypotheca expreſſa. 100.
De hypotheca generali & expreſſa. 101.
De hypotheca ſpetiali & expreſſa. 103
De hypotheca tacita. 105.
De proprio pignore, quod ſcilicet rei traditione contrahitur. 107.
De pignore prætorio. 108.
De pignore Iudiciali. 110.
De pignore conuentionali. 111.

F I N I S.

CHRISTOPHORI PANTIAE I. C. ET PATRICII ALEXANDRINI IN TICINENSI academia publicè profitentis.

Commentaria ad tit. Inſt. de oblig.

SVBORDINATVR, ET COMmendatur materia contractuum.

1. Materia contractuum cur incipiat à tit. de oblig.
2. Quotidiana, & frequentiora plenius attingenda.
3. Contractus cur frequẽtiores vltimis voluntatib⁹.

VSV receptum eſt, (nobiliſsimi auditores,) vt altero anno à tit. de teſtamen. tamquam ab vltimarũ voluntatum fonte, altero autem anno à tit. de oblig., tamquam à claui (teſte Port. hic in princ.) in materia contractuum, lectiones noſtræ ſummant exordium; Quare poſtq; anno præterito de vltimis voluntatib. dictum eſt, ſequitur hoc anno declaranda contractuũ, ſimul & obli-
2 gationum materia, quæ quotidiana cùm ſit, & frequens, plenius erit attingenda, iuxta conſilium I. C. in l. legaui ff. liber. leg. Immo frequentior hæc, & vtilior ab omnibus reputatur; Videmus etenim, quòd homines vno decedunt teſtamẽto, ſunt ẽt qui inteſtati decedunt,
3 contrahunt autem quotidie. Chriſto igitur auſpice, rem ipſam aggrediar, facta tamen prius cõtinuatione tituli, vt moris eſt, nonnullisq; ad euidentiam præmiſsis. Interim autem eſtote memores ad quid huc veneritis.

TRIPLEX CONTINVATIO tituli, de oblig.

1. Generalis diuiſio totius iuris.
2. Obligatio actionis mater, & cauſſa.
3. Leges imitantur naturæ ordinem.
4. Rerum tractatus duplex.
5. Differentia inter iſtas continuationes.

PRrima continuatio fuit Accurſij hic in glo., quæ deſumitur ex §.fi. ſupra de Iure nat.gen. & ciu. vbi Imperator tradit generalem quandam totius iuris diuiſionem, inquiens, quòd omne ius, quo vtimur, aut ad perſonas pertinet, aut ad res, aut ad actiones; Dictum iam eſt de perſonis in primo lib., vt ex multiplici perſonarum diuiſione patet; De reb. in 2.& 3.vſq; ad hunc tit. de oblig., vt ex multiplici quoq; rerum diuiſ. con-
2. ſtat; Nunc ergo ſupereſt, vt de action. loquat Verum, quia obligatio eſt actionis mater, & cauſſa; l. licet §. ea obligatio ℣. parit.ff. de procur. l. plura delicta ℣.naſ-
3. catur ff.action.& oblig.,& ſecundum ordinem naturæ, quam leges imitari ſemper conantur, l. adoptio .ff. de adoptio: §. minorem ſupra eo. mater debet præcedere filiam, & cauſſa cauſſatum; Ideo naturæ ordinem ſecutus Imperator, præmittit hunc & ſequentes titulos, in quibus tradit de oblig.,& qualiter obligationes ex contractibus oriantur, tamq; matrem,& cauſſam actionũ.
Secunda continuatio fuit Io: Fab. ſupra dictum eſt, qualiter aliquid fiat noſtrum tit. ſingulari, & vniuerſali à tit. de rerum diuiſ., vſq; ad hunc tit., ſequitur nunc videre, qualiter fiat nobis debitum; Declaro hanc continuationem. Dixerat Imperator in d.§. fi., quòd omne ius, quo vtimur pertinet aut ad perſonas aut ad res, aut ad actiones: dictum eſt de perſonis in primo libro,
4. ſequebatur videndum de reb., ſed quia rerum tractatus eſt duplex, acquirendarum ſcilicet,& debendarum rerum; Nam, aut agimus aduerſus aliquem actione

reali

reali, vt quia prætendimus rem, quam quis poſsidet, ad nos iure dominij, vel aliter pertinere. Aut agimus actione perſonali, vt ſi prætendimus, aliquam perſonã aliquid nobis debere, ut colligitur ex .§. omnium ſuprà de actio. Dictũ eſt hactenus à tit. de rerum diuiſ., vſq; ad hunc tit. de modis acquirendi rerum dominia, tam de iure gen., quam ciuili, tit. vniuerſali, & tit. ſingulari, vt conſtat ex .§. Singulorum ſupra de rerum diuiſ., iuncto §. fi. ſupra per quas perſonas nob. acquir. & ſic de modis rerũ acquirendarũ. Nũc ſequit̃ videndũ, qualiter aliquid fiat nobis debitum, & ſic de modis rerum debendarum. Vel ſic, hactenus dictum eſt, qualiter res nobis acquirantur, nunc qualiter nobis debeantur, ſed quia deberi nobis non poſſunt, niſi à perſonis nobis obligatis, vt §. 1. ſupra de actio., Ideo de oblig. tradit nobis tit.

Tertia, & vltima continuatio fuit eiuſdem Fab., quæ colligitur ex §. 1. ſupra de reb. corp., & incorp., vbi Imperator ait, rerum, quaſdã eſſe corporales, quaſdã vero incorporales Inter incorporales enumerauit ſeruitutes, hæreditates, & obligationes. de duabus prioribus ſpecieb. rerum incorporalium, hactenus dictum eſt, ſequebatur ergo dicendum de oblig. & ſic de tertia ſpecie rerum incorporalium. Quælibet iſtarum continuationum eſt bona, prima tamen elegantior, teſte Fabro,

5. & receptior. Differunt iſtæ continuationes inter ſe in hoc potiſsimum, quia cum omne ius, quo vtimur reſpiciat perſonas, res, aut actiones, d. §. fi. ſupra de Iure nat., prior continuatio ſupponit hic à tit. de oblig. incipere tractatum actionum, duæ vero poſteriores ſupponunt, nos adhuc verſari in tractatu rerum, ſed quia propoſiti mei eſt, ea docere, quæ vobis profutura ſint, Ideo circa infructuoſas haſce continuationum diſputationes, remitto me ad ea, quæ dicentur in cõcurrentijs.

PRAEMISSA.

1. Contractus præcedit obligationem, ſicuti pater filiam.

Mand. &c. quia reſpondetur, id factum eſſe non principaliter, ſed occaſione obligationum, de quib. intendebat Imperator tractare, vt ſint tanquam exempla
3. ſingularum obligationum, de quib. agitur. Immo, dato quòd ordo ſcripturæ in aliquo videretur turbatus, tamen ſecundum ordinem intellectus, qui in his, quæ iuris ſunt ſemper eſt attendendus .l.2.§. prius .ff. vulg. & pupil. l. nec.n.ff. ſolution. ſupponendum ſemper eſt, quòd obligationem præcedat contractus, vt ſupra diximus.

PRAEPONITVR METHODVS

ſeruanda circa tit. de oblig.

1. Quæſtio quid nominis debet præcedere quæſtionẽ quid rei, & eius ratio.
2. Diffinitio tradit ſubſtantiam rei diffinitæ.
3. Effectus diuiſiónis.

HIs ſic præmiſsis, deuenio ad materiam tituli noſtri, pro cuius expeditione, duxi quęrendum eſſe de plurib. Et primo quia quęſtio quid nominis debet præcedere quæſtionem quid rei, vt facit I. C. in l. 1. ff. Iuſt. & Iur. vbi iuri operam daturum (ait) prius noſce oportere vnde nomen iuris deſcendat, cum nomina rebus cõſona eſſe ſoleant, §. eſt & aliud ſupra de donatio. l. defenſores nihil C. defenſor. ciuit. ita vt ex nominis ſignificatione ad rei ipſius naturam cognoſcendam facile perueniamus. Ideo quæram primo loco quid ſignificet vo-
2. cabulum obligationis, 2. quia ex diffinitione traditur nobis ſubſtantia rei, de qua agitur, ſecundum Bal. in .l. 1. .ff. vſufruc.; Ideo quæram quid ſit obligatio; 3. quia
3. ex diuiſione negotium fit clarius, nam qui bene diſtinguit, & bene diuidit, hic proximus eſt veritati, ſecundum Salic. in præfatione Codicis; Ideo quęram quotuplex ſit obligatio, poſtremo examinabimus ſingulas eius ſpecies.

QVID

QVID SIGNIFICET VOCABVlum obligationis.

1. Obligationis vocabulum bifariam ſumitur.

OBligationis vocabulum, ab obligando quaſi circumligando dictum, proprie ſignificat ligamentum, ſiue ligamen; & corporale quoddam vinculum, quo animalia, & cætera id genus alia ligari ſolent,& hoc modo non capitur in tit. noſtro, methaphorice verò ſignificat vinculum quoddam intellectuale, & incorporeum in iure conſiſtens §. 1. ſupra reb.corp.& incorp.In hac poſteriori ſignificatione hic, & alibi vt plurimum capitur; propterea recte dicebat Imperator hoc loco, Obligatio eſt iuris vinculum, quaſi vinculum quod eſt ius, ad differentiã vinculi materialis;videmus etenim,quòd leges, & iura ligare dicuntur. ; Nam iuris laqueos vocat Imperator in l. prima C. ſi rector prouintiæ, & alibi legum laquei dicuntur in l. fi. §. non autẽ licentia C. bon. quæ liber.& legibus alligatum ſe princeps profitetur in l. digna vox C. de leg. quinimmo ipſam legem à ligando dictam cenſuit Alber. in ſuo diction. & huc pertinent illa duo carmina,de quib. in additionibus ad glo. hic in §. primo Verba ligant homines, taurorum cornua funes; Cornu bos capitur, voce ligatur homo.

QVID EST OBLIGATIO.

1. Quare in traditione doctrinę ab vniuerſalibus ad particularia deſcendendum ſit.
2. Generalis diffinitio obligationis recitatur.

QVia in traditione doctrinæ, ab vniuerſalibus ad particularia, & à generalib. ad ſpecialia deſcendendum eſt, nam quia vniuerſalia ſunt prima in cognoſcendo; ideo notiora nobis, à notiorib. autẽ inchoandum

andum eſſe tradit Ariſtot. phiſic. primo, prout eum refert Cagnol. in rub. de reg. iu. Immo nõ niſi cognitis generalibus, ad ſpecialium cognitionem deueniri poteſt, §. his igitur ſupra de iuſt. & iu. l. 1. vbi Bart. & alij ff. eo. Ideo ſciendum eſt vobis, obligationis nomen methaphoricè ſumptum, adeo generale eſſe, vt comprehendat ſub ſe, non ſolum naturalem ſolam, & ciuilem ſolam, ſed etiam mixtam obligationem, naturalẽ ſilicet & ciuilem ſimul, vt Infra dicemus; Sed quia diffinitio obligationis hic ab imperatore tradita in princ. tituli, conuenit ſolum obligationi mixtæ, de qua tractatur in hoc tit., Ideo ea omiſſa, tradam primum in genere diffinitionem obligationis, quæ vnicuiq; ſpeciei
2. conueniat, videlicet. Obligatio eſt iuris vinculum, quo adſtringimur ad aliquid ſoluendũ. Hæc diffinitio comprehendit omnes obligationum ſpecies, tam naturalem, & ciuilem ſolam, quam, mixtam; cum omnes obligationes adſtringant nos ad aliquid dandum, vel faciendum, ſed nõ oẽs adſtringunt cum neceſsitate ſolutionis, ſola. n. mixta eſt, quæ neceſsitatẽ hanc inducit, prout late Infra circa mixtam obligationem dicemus.

QVOTVPLEX EST OBLIGATIO.

Obligationis ſic vt ſupra in genere diffinitæ tres ſunt ſpecies, videlicet NATVRALIS ſola, CIVILIS ſola, & MIXTA, ideſt naturalis, & ciuilis ſimul iuncta, quam ſimpliciter Doctores obligationem appellant. Hæc diuiſio fuit de mente gloſæ hic in §. 1. Verſ. neceſſitate circa medium, & glo. Verſ. obligationes l. ex hoc iure. vbi Bart. Iaſ. & alij ff. de iuſt. & iur. comprobatur ex tex. in l. fideiuſſor obligari §. fideiuſſor accipi ff. fideiuſſ. fideiuſſor (inquit ibi tex.) accipi poteſt, quoties eſt aliqua obligatio ciuilis, vel naturalis, cui applicetur, ad idem facit tex. in l. creditores ff. ad Maced.; concordat tex. in l. 1. ff. de nouatio. Examinemus nunc ſingulas iſtius diuiſionis ſpecies, & primo capiamus naturalem ſolam.

DE OBLIGATIONE NATVRALI.

AD intelligentiam iſtius obligationis eadem methodo, de qua ſupra procedendum erit, quęrendo primo quid ſit, & vnde dicatur naturalis oblig. 2. quotuplex ſit, & quæ ſint ſingulæ eius ſpecies.

QVID EST OBLIGATIO NATVralis, & vnde dicatur.

HAEc obligatio, quæ à iure naturali, à quo deſcendit, ſiue cauſſam habuit, nomen deſumpſit, poteſt hunc in modum diffiniri. Obligatio naturalis eſt naturæ, & æquitatis vinculum, quo adſtringimur ad aliquid ſoluendum. Dictiones Naturæ, & Aequitatis ſunt poſitæ ad demonſtrandam vtramquamq; ſpeciem ipſius naturalis obligationis, Nam dictio Naturæ, referenda eſt ad naturalem primęuam, quæ cõmunis eſt cum brutis, dictio Aequitatis refertur ad naturalem ſecundariam, quæ ſolis hominibus communis eſt, qui æquitate & ratione conſtant.

QVOTVPLEX EST OBLIG. naturalis.

DIuiditur hæc obligatio in duas ſpecies, quarum altera dicitur naturalis PRIMAEVA, altera vero dicitur SECVNDARIA, Nam ſicut ius naturale, à quo hæc prouenit obligatio eſt duplex, primęuũ ſcilicet, & ſecundarium, vt tradunt Aret. & alij in §. 1. ſupra de Iure nat., Ita quoq; hæc obligatio erit duplex, probatur hæc diuiſio ex glo. in d. l. ex hoc iure Verſ. obligationes, vbi Bart. & Iaſ. nu. 50. ff. de Iuſt. & Iur., Examinemus nunc ſingulas iſtius diuiſionis ſpecies, & primo videamus.

DE

DE OBLIGATIONE NATVRALI PRIMAEVA.

AD intelligentiam iſtius obligationis, de qua plura per DD. in d. l. ex hoc iure, & in l. Si non ſortem §. libertus ff. condic. indeb. erit videndum de tribus, primo quid ſit, & vnde dicatur, 2. quotuplex ſit, 3. quos producat effectus.

QVID EST OBLIGATIO NATVRAlis primæua, & vnde dicatur.

1. Quare obligatio naturalis primæua antidoralis appelletur.
2. Naturaliter tenemur remunerare beneficium.
3. Bruta animantia nō carentia antidorali obligatione.

HAEc obligatio, quæ à iure naturali primæuo nomen habuit, quam alio nomine DD. antidoralem appellant ab anti. i. contra, & doros donatio, quaſi contraria ſit, & remuneratoria donatio, poteſt hunc in modum diffiniri. Obligatio naturalis primæua, eſt naturalis quidam inſtinctus ſuadens, vt benefaciamus benefa-
2. cientibus nobis, Nam ſimul atq; beneficium accepimus ab aliquo, ſtatim naturaliter tenemur ad remunerationem beneficij, ſic probat tex. in l. Sed & ſi, lege §. conſuluit, iuncta ibi glo. ff. pet. hęred. Immo eum, qui beneficium accepit, beneficij debitorem appellat I. C. in l. Si pignore in princ. ff. de furt. Verba illa Naturalis Inſtinctus demonſtrant, quòd ſicut ius naturale primæuum, vnde hæc prouenit obligatio, eſt quidam inſtinctus naturæ comunis cum brutis, Ita pariter hæc obligatio, (vt pleriq; putarunt, & inter alios Nicol. de Neap. relatus per Iaſ. in d. l. ſi non ſortem §. libertus nu 5. & in d. l. ex hoc iure nu. 25) eſt communis cum
3. brutis animantibus, Videmus etenim bruta quoq;

animantia iſtius obligationis peritia cenſeri, Vt de Ciconia legitur, quæ infantiæ ſuæ vices rependens parentes ſenio confectos alere humeriſq; geſtare in volatu creditur & notoriè videmus in cane, & iſta impropriè d citur obligatio, cum non adſtringat ſed ad remunerandum ſuadeat potius.

QVOTVPLEX SIT OBLIGATIO naturalis primæua.

POteſt hæc obligatio de mente Portij hic nu. 6. & ſeq. poſt Bart. in d. l. ex hoc iure nu. 11. eſſe duplex VOLVNTARIA ſcilicet, & NECESSARIA, prior eſt, quæ relicta in meris & puris terminis naturalibus, à iure ciuili fuit incognita, nullam ideo neceſsitatem prꝑſtationis habet, nec aliquo modo adſtringit, & propterea voluntariam appellaui, quia dependet ſolum à voluntate eius, qui beneficium accepit, poſterior vero eſt, quæ non fuit relicta in meris, & puris terminis naturalibus, ſed tamq; cognita à iure ciuili, reducitur ad neceſsitatē preſtationis, hinc neceſſariam nuncupaui. Venio modo ad 3. caput à nobis propoſitum, ad effectus ſcilicet iſtius obligationis naturalis primæuę; ſed quia in duas ſpecies eam diuiſimus, voluntariam, & neceſſariam; ideo primo loco videamus,

QVIS SIT EFFECTVS OBLIGATIOnis naturalis primæuæ, ſiue antidoralis voluntariæ.

1. Præcedentia benemerita faciunt actum alias dubium, & inualidum preſumi donationem.
2. Obligatio ad antidora facit prꝑſumi donationem inter perſonas donare prohibitas.
3. Remuneratoria beneficiorum donatio inter coniuges etiam conſtante matrimonio valet, licet alias à l. ſit prohibita.
4. Item valet hæc eadem donatio inter patrem, & filiū, quæ

quæ tñ aliter non valeret.

5. Clericus poteſt donare ſuæ concubinæ propter benemerita.

6. Donatio facta à prelato de rebus eccleſiæ valet, ſi fiat propter benemerita.

7. Minor XXV. annis res immobiles, Tutor bona pupilli; Procurator, & alij donare prohibiti; præcedentibus benemeritis donare poterunt.

8. Donatio excedens ſummam 500. aureorum non inſinuata, ſi fiat propter benemerita ſuſtinetur.

9. Donatio quæ alias reuocaretur propter ingratitudinem, ſi fiat propter benemerita ſuſtinetur.

10. Vaſallus non priuatur feudo propter ingratitudinem erga dominum ſi feudi cõceſsio fuerit facta propter benemerita.

11. Libertus propter iniuriam in patronum illatam non reuocatur in ſeruitutem, filius emancipatus propter ingratitudinem non reducitur in patriam poteſtatem, Adeptus militiam aut dignitatem; legitimatusq; ſua legitimatione non priuabitur, ſi præceſſerint benemerita.

12. Donatio omnium bonorum nõ reuocatur ex ſuperuenientia liberorum ſi fuerit facta propter benemerita.

OBligatio naturalis primæua ſiue antidoralis voluntaria, vt ab ea initium ſumam, quæ prior fuit in diuiſione, tamq; incognita a iure ciuili, nullos regulariter ad agendum producit effectus, habet tñ in aliquibus caſibus vim non adſtringendi aliquem ad aliquid dandum, vel faciendum, ſed operatur vt actus, qui alias à principio eſſet nullus, vel ex ſuperuenienti defectu infringi poſſet, iſtius obligationis prætextu ſit validus, & confirmetur, Caſuum autem, in quibus habet hæc obligatio vim, aut validandi, aut confirmandi aliquem actum, quinq; enumerat hic Fab. plures Iaſ. in l. Si non ſortem §. libertus .ff. cond. indeb. nos quattuor principaliores referemus.

Primus caſus, in quo habet hæc obligatio effectum validandi actũ alias dubiũ, & inualidum, talis eſt; Nam quia actus in dubio numq; præſumitur donatio, maxime ſi magna res ſit, de qua agitur, cùm nemo credatur velle iactare ſuum l. cum de indebito ff. de probation. glo., & ibi dd. in l. cum quid ff. ſi certum pet., ſed potius præſumitur fatuitas, aut ſtultitia ſecundum Bal. in l. generaliter, nu. 13. C. de non num. pecu. præcedentia tñ. benemerita producunt obligationem iſtam antidoralem, quæ operatur, quòd actus alias dubius preſumatur donatio. tex. eſt in l. ſi vero non remunerandi §. idem Papinianus in fi., & ibi glo. ff. mandati.

2. Secundus caſus reſpicit perſonas donatoris, & donatarij, Nam licet inter aliquas perſonas fieri prohibita ſit donatio, ſi tamen præcedant benemerita, producent obligationem iſtam, cuius virtute, valebit huiuſmodi donatio. Ratio, quia eſt potius beneficiorum acceptorum compenſatio, q̃; donatio, & ſic habebit effectum confirmandi, & validandi donationem aliàs inualidam, dum tñ expreſſa fuerint benemerita in ſpecie, vt probatur exemplo textus in l. Attilius Regulus ff. de donatio. vbi cauſa & merita exprimuntur, quòd ſi in genere ſolum dicatur ob benemerita donationem fieri, non valebit, niſi probentur in ſpecie benemerita, vt per dd. in d. l. Attil. Ratio, quia cum ſimus in fieri prohibitis lex præſumit id factum in eius fraudem, niſi probetur contrarium, ſic probat textus in l. qui teſtamentum ff. de probation.

3. Hinc eſt quòd licet ſimplex, & pura donatio inter virũ & vxorem, conſtante matrimonio non valeat, cum ſit à lege prohibita l. 1. & l. 3. §. ſciendum, ac toto tit. ff. C. & ex: de don. inter virum, & vxorem; ne mutuo amore coniuges inuicem ſpolientur donationibus, & ne concordia coniugalis prætio conciliari videatur, vt ait l. C. in d. l. 3. Remuneratoria tamen beneficiorum donatio inter coniuges valet, etiam conſtante matrimonio. textus eſt in l. quod autem §. ſi vir. & vxor. ff. don. inter vir. & vxo. Vbi ſi maritus vxori donauit vnam rem, & vxor

marito aliam, hinc inde fit compenſatio. Ratio ſecundum Accurſ. ibi eſt, quia videtur hæc quædam permutatio; Ad idem ſolet citari glo. in l. ſi voluntate C. de dotis promiſsione, vbi Bart. per illam glo. decidit pulchrum caſum.

4. Hinc etiam eſt, quòd licet donatio facta à patre filio in poteſtate exiſtenti non valeat, l. cum de bonis, & ibi glo. C. de don. l. donationes, quas parentes C. de don. inter virum & vxo. Ratio eſt ſecundum glo. in l. 2. verſ. in poteſtate C. de inof. don. quia, ſi valeret hæc donatio, eſſet fruſtratoria, dominium .n. rei ſic donatæ tranſiret in filium, & eodem momento rediret in patrem, cum, quicquid filio obuenit à patre, dicatur peculium profectitium, in quo pater habet proprietatē, & vſumfructum §. 1. ſupra per quas perſon. nob. acquir. ita vt pater de ſuis bonis ſibi ipſi donaret, cum alijs quampluribus, quæ adduci poſſent. Remuneratoria tamen beneficiorum donatio facta à patre filio, propter talia merita præcedentia, propter quæ tantundem quilibet extraneus erat habiturus, valet; & huiuſmodi res donata efficitur peculij aduenticij, in quo pater habet vſumfructum, filius proprietatem, videtur .n. quæſiuiſſe ex operis, & laboribus ſuis, vt not. in Auth. vnde ſi parens C. de inof. teſtam. & probatur in glo. vbi dd. l. donatione C. de collation.

5. Hinc etiam eſt, quòd licet clericus non poſsit donare ſuæ concubinæ vt probatur ex l. 2. C. don. inter vir., & vxo. argumento ſumpto de milite armatæ militiæ ad militem cœleſtis militiæ, vt arguit Bart. per illum textum in l. affectionis ff. don. ſicut alibi videmus, quòd priuilegia conceſſa militibus, multo magis cenſentur conceſſa clericis, ſecundum glo. verſ. facere poteſt l. miles in princ. ff. re iudic., tamen propter benemerita donare poteſt, cum ſit potius debiti naturalis quædam compenſatio quam donatio, Ita conſuluit Ancar. conſ. 247., & ita fuiſſe iudicatum in conſilio Neap. teſtatur Afflic. Deciſ. 102.

6. Hinc eſt, quòd licet prælatus non poſsit donare res eccleſiaſticas

eccleſiaſticas c. 1. ex. de reb. eccleſiæ non alien., præcedentibus tamen condignis meritis etiam in ipſos prælatos valet donatio, & ſuum ſortitur effectum, ſic probat tex. in cap. relatum il ſecondo ex. de teſtam. ibi, iuxta ſeruitij meritum conferantur, vt de hoc eſt ord. doct. Bart. in l. iubemus C. de ſacroſan. Eccleſ.

Hinc demum eſt, quòd licet minor xxv. annis res immo-
7. biles donare prohibeatur, etiam cum decreto Iudicis, ſi tamen alicui ad antidora ſit obligatus, ei donare poteſt, ſic traditur per Iaſ. in d. l. ſi non ſortem. §. libertus nu. 8. ibi nonus effectus: Idem etiam de tutore dici poteſt, qui licet res pupilli donare non poſſit, poterit tamen ſi præcedant benemerita, vt probat tex. in l. cum plures §. fi. ff. de admin. tut., Idem pariter de procuratoribus & alijs, qui ſimpliciter donare non poſſunt, præcedentibus tamen benemeritis, ſi donauerint, valebit donatio, quia hæc non eſt propriè, & ſimpliciter donatio, vt probatur in l. 1. ff. de don. ſed compenſatio, & permutatio rei donatæ cum beneficio accepto, iuxta glo. iunct. tex. in d. l. quod autem. §. ſi vir, & uxor, ff. de don. inter vir. & vxo.

Tertius caſus, in quo hæc obligatio habet vim confirmandi actum alias nullum, & inualidum reſpicit formam donationis, qua non ſeruata, licet actus non ſubſiſtat, cum ipſa dec eſſe rei l. Iulianus. ff. ad exhib. ſi tamen fiat donatio remuneratoria, forma etiã nõ ſeruata, ſub-
8. ſiſtet virtute obligationis ad antidora. Hinc eſt quòd licet donatio excedens ſummam quingentorum aureorum requirat inſinuationem. §. aliæ autem donationes ſupra de don. remuneratoria tamen donatio valet etiã non ſeruata dicta ſolemnitate, vt de hoc eſt glo. poſt tex. in l. Attilius Reg. in verſ. non mearam. ff. don. Idem probatur in l. ſi Pater. §. fi. ff. eo. quia merces eſt, vt inquit ibi I. C.

Quartus, & vltimus caſus, in quo hæc obligatio antidoralis voluntaria producit effectum confirmandi actum alias inualidum, reſpicit reuocationem donationis.
9. Nam licet pluribus ex cauſis in iudicio probatis reuo-

cetur

tetur donatio iam facta, & abſoluta, aduerſus reg. tex.
in d. §. aliæ autem donationes, ſi tamen fuerit facta ob
benemerita non reuocabitur virtute obligationis ad an-
tidora; hinc eſt quod licet propter certas cauſſas ingra-
titudinis, de quib. in l. fin. C. de reuoc. don. & per
canon. in c. fi. ex. de don. reuocetur donatio ſimplex,
veluti ſi in donatorem violentas manus donatarius inij-
ciat, ſi atroci iniuria eum adficiat, ſi graue damnum in
rebus donatoris intulerit, ſi vitæ periculum inferre præ-
ſumpſerit, vel inſidiatus fuerit, ſi conuentiones in do-
natione appoſitas non impleuerit, ſi donatorem inopē
alere neglexerit, remuneratoria tamen donatio non re-
uocabitur, ex ſuperuenientia ingratitudinis d. l. ſi pa-
10 ter §. fi. & ibi glo. in V. irreuocabilis ff. de don. Item
licet Vaſallus priuetur feudo propter ingratitudinem
erga dominum. c. 1. quæ fuer. prim. cauſſ. benef.
amitt. in Vſibus feudorum, ſi tamen feudi conceſſio ſit
facta ob præcedentia merita, vaſallus non priuabitur
feudo ex cauſſa ingratitudinis commiſſæ. ſic tradit
11 Bal. in. c. 1. Si Vaſ. feud. priuet. in vſib. feud. Item li-
bertus propter iniuriam in Patronum illatam, reuocari
poteſt in ſeruitutem, l. 2. C. de libert. & eor. liber., Fi-
lius emancipatus, erga patrem ingratus, in patriam
reducitur poteſtatē, filius ligitimatus eadem ex cauſſa
poteſt priuari legitimatione, Adeptus militiam, vel di-
gnitatem, ob ingratitudinem ea priuari poteſt l. 1. §. fi.
vbi glo. not., ff. de obſeq. libert. ſi tamen præponantur
æquipollentia benemerita, nec libertus ſua libertate,
nec emancipatus ſua emancipatione; nec legitimatus
ſua legitimatione nec adeptus dignitatem, aut militiā,
ea priuari poterit. ſic traditur per Iaſ. in d. l. ex hoc iu-
re nu. 54. vbi idem ait de priuilegio immunitatis con-
ceſſo communitati propter benemerita, quod nō reuo-
catur propter ingratitudinem vt ibi per eum.
12. Hinc demum eſt, quod licet donatio omnium, vel
maioris partis bonorum ex ſuperuenientia liberorum
reuocetur. l. ſi vnquam, vbi DD. C. de reuoc. don. cum
non ſit veriſimile, quod donator velit, alienas ſucceſ-

ſiones.

ſiones proprijs anteponere, vt ait Imper. in l. cum acutiſsimi. C. de fideicom. ſi tamen facta ſit ob præcedentia benemerita, non reuocabitur. Ita Bal. in d. l. ſi vnquam nu. 4. Et hæc de effectib. naturalis obligationis primæuæ voluntariæ, ſequitur nunc videndum.

QVIS SIT EFFECTVS NATVRALIS obligationis primæue ſiue antidotalis neceſſariæ.

1. Antidotalis obligatio neceſſaria adſtringit cum neceſsitate ſolutionis.
2. Libertus cogitur in quibusdam caſibus, de quibus hic, habere quandam reuerentiam erga patronum, eidem operari, & ipſum alere.
3. Liberi parentes inopes allere compelluntur.
4. Donatarius an, & quando teneatur alere donatorem effectum inopem.
5. Vaſallus per hanc obligationem adſtringitur habere reuerentiam quandam erga patronum, & ipſum alere.

Iſtius obligationis effectus eſt maximus, habet .n. hæc obligatio vim adſtringendi cum neceſsitate ſolutionis ad aliquid dandum, vel faciendum vt in liberto erga patronum, filio erga patrem, donatario erga donatorē, & vaſallo erga dominum ſuum, de quibus ſingulis diligentius diſpiciamus.

Et primo videmus, quòd virtute iſtius obligationis, liber-
2. tus in remunerationem libertatis, iudicis officio cogi poteſt ad habendam quandam reuerentiā erga patronum, patronoq; operari, & ipſum alere, ſi deueniat ad inopiam. Hinc eſt quòd nullam poteſt intentare famoſam actionem aduerſus patronum l. 2. ff. de obſeq. libertorum, cuius rationem adſignat tex. in l. liberto ff. eo. Hinc eſt, quòd libertus non poteſt ſine venia prætoris, in ius vocare patronum l. adoptiuum §. patronū ff. in

ff. de in ius voc. adeo vt, ſi contrarium fecerit, puniatur in quinquaginta aureis l. fin. ff. eo. Hinc etiam eſt quod virtute iſtius obligationis, tenetur patrono libertus præſtare operas obſequiales l. ſi non ſortem §. libertus ff. de cond. indeb. vbi Iaſ. nu. 24. declarat, quænam ſint iſtæ operæ. Hinc demum eſt, quòd patronum effectum inopem tenetur libertus proprijs ſumptibus alere l. 1. ff. off. prefec. vrb.

3. Secundo videmus, quòd virtute iſtius obligationis liberi parentes inopes alere compelluntur l. ſi quis à liberis ff. de liber. agnoſcen.

4. Idem etiam in donatario cautum eſt, qui à donatore, effecto inope adſtringi poteſt ad alimenta ſibi præſtanda ſub pœna priuationis rei donatæ dum tamen adeo magna ſit donatio, vt ob eam donator egeat, alias non, ita diſtinguendo Cin., & alij, in glo. l. fi. C. de reuoc. don. eandem glo. conciliant cum glo. l. in condemn. ff. de reg. iur. quæ gloſæ videntur inuicem contrariæ, hanc diſtinctionem; vti æquam tenet Abb. in c. fi. nu. 3. ex: de donation.

5. Et poſtremo habet hæc obligatio antidoralis neceſſaria effectum adſtringendi, cum neceſsitate ſolutionis vaſallum, vt recognoſcat dominum in petitione inueſtituræ ob beneficia ab eo habita, ſub pœna priuationis feudi c. 1. quæ fuerit prima cauſſa beneficij amitt. in vſib. feud. Immò amplius ſub eadem pœna tenetur vaſallus dominum effectum inopem alere, ſi feudum ſit magni valoris, ita firmat Iaſ. in d. l. ſi non ſortem §. libertus nu. 2. ff. de cond. indeb. Et hæc hactenus de obligatione naturali primæua, tam voluntaria, q; neceſſaria, ſequitur nunc videndum.

DE OBLIGATIONE NATVRALI SECVNDARIA.

1 AD intelligentiam iſtius obligationis erit nobis videndum de pluribus, primo vnde dicatur & quid ſit 2. quomodo

quomodo differat ab obligatione naturali primæua, 3. quæ ſint cauſſæ iſtius obligationis, ſiue vnde ipſa oriatur. 4. quotuplex ſit, 5. & vltimo quos producat effectus.

VNDE DICATVR OBLIGATIO naturalis ſecundaria & quid ſit.

1. Obligatio naturalis ſecũdaria à iure naturali ſecundario prouenit.
2. Obligatio naturalis dicitur de iure gentium.
3. Ius gentium, naturale dicitur, & quare.
4. Naturalis obligatio ſecundaria dr̃ æquitatis vinculũ.

HAEc obligatio inde dicta eſt non quòd ex ſolo naturæ inſtinctu prodeat, qui hominibus cum brutis communis eſt, ſed quia à iure naturali ſecundario deſcendit, ꝙ ſolis hominibus commune eſt, & in meris terminis rectæ rationis, qua à cæteris animantibus diſtamus conſiſtit, & hæc propriè naturalis obligatio dicitur, ſu-
2. perior autem abuſiuè; Hanc obligationem eſſe de iure gentium probat tex. in l. cum amplius §. is natura debet. ff. de reg. iur. is natura debet (inquit ibi textus) quem iure gentium dare oportet; quaſi quòd naturalis obligatio ab eo iure proueniat, quo ſolę gentes humanæ vtuntur §. 2. ſupra de Iure. nat. ita firmat Bart. in l. Iulianus nu. 26. ff. de cõdic. indeb. & in l. ex hoc iure nu. 9. ff. de Iuſt. & iur. Idem ſentit Accurſ. hic in glo. 1. in
3. fin., Videmus etenim, quòd & ipſum ius gent. naturale dicitur in §. ſingulorum ſupra de rerum diuiſ. quia naturali ratione eſt introductum §. 2. ſupra de Iur. nat. & propterea rectè naturalis hæc obligatio dicitur de iure gen. Immò & ipſum ius naturale ſecundariũ, de quo loquimur, idẽ eſt cũ iure gen. primæuo, vt colligitur ex iuris gen t iũ & naturalis diuiſione de qua ſupra p Aret. & alios §. 1. & ſeq. de Iur. nat. & ex his tollitur difficultas, quare ſcilicet cũ ius ſit triplex, naturale ſcilicet, gentium, & ciuile, duas tantum conſtituerimus obligationis ſpecies, naturalẽ, & ciuilẽ; de obligatione iuris gen. nullam mentionẽ faciendo, & hæc de deriuatione nominis.

Poteſt

Poteſt hæc obligatio naturalis ſecundaria hunc in modum
4. diffiniri, vt ſit æquitatis vinculum, quo adſtringimur ad aliquid ſoluendum. ſic eam appellat I. C. in l. ſtichum, aut Pamphilum. §. naturalis. ff. de ſolutio.

IN QVIBVS DIFFERAT HAEC OBLIGAtio naturalis ſecundaria à naturali primæua.

HAEc obligatio in duobus potiſsimum differt à præcedenti, origine ſcilicet, & effectu, origine nempe, quia prior oritur ex iure naturali primæuo, quod hominibus cum brutis commune eſt, poſterior verò ex iure naturali ſecundario; effectu deinde differt, quia primæua vinculum iuris regulariter non habet, quo neceſsitate adſtringamur ad remunerandum beneficium, niſi quatenus eſt cognita à iure ciuili, vt ſupra diximus, ſecundaria verò vinculum iuris habet, quò quis adſtringitur vt ſupra.

QVAE SINT CAVSSAE NATVRALIS obligationis ſecundariæ, ſiue vnde ipſa oriatur.

1. Naturalis obligatio ex conſenſu & naturali æquitate oritur.
2. Qualiter ex conſenſu oriatur naturalis obligatio.
3. Qualiter ex naturali æquitate oriatur dicta obligatio.
4. Tres ſunt naturalis æquitatis fontes, & nu. 8. circa fi. vbi concluditur eſſe quattuor.
5. Aequitas naturalis non patitur, quenquam cum alterius detrimento fieri locupletiorem.
6. Naturalis æquitas iubet delicta puniri, & quare.
7. Aequitate naturali ſic ſuadente, tenemur parere ſuperioribus, immò etiam de iure diuino.
8. Sententia licet iniuſta, quæ in rem iudicatam tranſiuit, obligat naturaliter, & ciuiliter.

CAuſſa iſtius obligationis eſt duplex, remota, & pro-

xima, remota eſt iuis naturale ſecundarium, proxima verò eſt conſenſus, & naturalis æquitas, ſiue naturalis æquitas in ſpecie, & in genere, ex his duabus potiſsimum cauſsis oritur naturalis obligatio ſecundaria, vt tradit Bart. in l. 1. nu. 9. & ſeq. & in l. Iulianus nu. 25.
2. & ſeq. ff. cond. indeb. Ex conſenſu nempe oritur hæc obligatio vt in omnibus contractibus, quoties .n. quis conſenſit alicui conuentioni, ſtatim ad id faciendum, de quo in conuentione, naturaliter obligatur. Nam licet non eſſet dare legem ſcriptam, naturalis tamen ratio ſuadet, pacta, conuentiones, ſeruari debere; nihil .n. tam congruum eſt humanæ fidei quam ea, quæ inter contrahentes placuerint, ſeruare .l. non minorem C. de tranſac. l. 1. de pac. vbi Bal. refert Ariſtotelem admonuiſſe Alexandrum Magnum, vt promiſſa ſeruaret, aliis malum finem ſecuturum eſſe, & graue eſſe fidem fallere inquit I. C. in l. 1. ff. de conſt. pec. Immò etiam hoſti fidem ſeruandam eſſe traditur in l. conuentionum cum ibi not. ff. de pac. & habetur in c. noli 23. q. 1. ex quacunq; igitur conuentione, & conſenſu, oritur naturalis obligatio ad id ſeruandum, de quo in conuentione, ſic dictante naturali ratione vt not. in l. iuriſgentium. §. ſed cum nulla. ff. de pac. poteſt autē conſenſus eſſe duplex, expreſſus ſcilicet, vt hic, & tacitus, de quo infra dicemus in ſeq. queſtione circa princ.
3. Ex naturali æquitate, ut in omnibus quaſi contractibus, delictis, vel quaſi, nam licet quis non conſentiat, tamen ſi naturalis æquitas ſuadet aliquid fieri debere, ad id faciendum tunc naturaliter obligamur, ſiue de iure gentiū. Ita firmat Caſtr. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iur. per tex. in l. cum amplius. §. is natura debet ff. de regu. iur. poſt Bart. in l. Iulianus. ff. de cond. indeb. ſic probat tex. in l. ſtichum. §. naturalis ff. de ſolutio. vbi per reſolutionem cognoſcitur, verā cauſſam naturalis obligationis eſſe æquitatem, quia ea reſoluta, probatur reſolutam eſſe naturalem obligationem, Quoties igitur ius gentium mandat aliquid fieri, tunc ad id faciendum, de quo in hoc iuriſgentium præcepto na-

turaliter obligamur, ſic dictante naturali ratione, & æquitate, ſuper qua fundatur Ius gentiũ d. §. 2. ſupra de Iure nat. Nam ſicut qui eſt obligatus ex aliqua diſpoſitione legis ciuilis, dicitur obligatus ciuiliter; ita qui eſt obligatus ex aliqua diſpoſitione iuris gentiũ, dicitur obligatus naturaliter, ſiue de iure gentiũ d. §. his natura debet, cum naturalis obligatio ſecundaria, quæ propriè naturalis eſt, dicatur de iure gent. vt omnes admittunt hic in glo. 1. in fi.

4. Habet autem hæc naturalis æquitas tria potiſsimum capita, prout & iuſgentium tria præcipuè mandat, ex quibus tanquam fontibus cætera prodeunt, vt colligitur ex Bart. in d. l. 1. & l. Iulianus. ff. de cond. indeb. quorum alio concurrente, naturaliter quis obligatur.

5. Primum caput naturalis æquitatis eſt, quo admonemur, neminem cum alterius detrimento fieri locupletiorem, vt probat tex. in l. nam hoc natura. ff. de cond. indeb. l. iure naturæ, de reg. iur. c. locupletari, de reg. iur. in 6. prout põt poni exemplum in oĩbus ferè quaſi contractib⁹. Hinc eſt quòd licet quis ſit abſens & ignorans, tenetur tñ actione negotiorũ geſtorum contraria verſus gerentem. Nam ſi negotia tui, licet abſentis & ignorantis, vtiliter geſſero; obligaris non ſolum ciuiliter, propter legis ciuilis diſpoſitionem, ſed etiam naturaliter erga me, ad impenſas in tuis rebus factas, reſarciendas. §. 2. infra de oblig. quæ ex quaſi contractu, nõ quidem propter conſenſum ſaltem expreſſum, quia eras abſens & ignorans (licet tacitum conſenſum lex adeſſe præſumat cum nemo credatur adeò ſtultus, qui licet abſens, & ignorans, nolit conditionem ſuam meliorem fieri vt not. in d. §. 2.) ſed propter naturalem æquitatem, quæ non patitur quenquam, licet abſentem, & ignorantem cum aliena iactura fieri locupletiorem.

6. Secundum caput naturalis æquitatis eſt, quod prouenit ex eo iuris gẽtium pcepto, quo admonemur, delicta debere puniri, cum naturali ratione æquum ſit, pœnas ob maleficia ſolui vt dicitur in l. ſi à reo. §. fi. ff. de fideiuſſ.

adeiuſſ. & in .l. .1. §. .1. ff. ſi quis teſtamen. liber eſſe iuſſus fuerit, quandocunq; ergo quis deliquerit, non ſolum ciuiliter ex diſpoſitione legis ciuilis, ſed etiam naturaliter obligatur, non modo ad damnum reſarciendum ſed etiam ad delicti pœnam ferendam, non quidem propter delinquentis conſenſum, quia iudicium redditur in inuitum, l. inter ſtipulantem §. ſacram ff. de verb. oblig. (licet pleriq; putarint etiã in deliquente adeſſe cõſenſum per tex. in l. Imperator ff. de Iure fiſci, ibi, ipſe te huic pœne ſubdidiſti, quaſi quod delinquens delinquendo, ad pœnam delicti conſentiat) ſed ex naturali æquitate, ſanctè .n. ſtatutum eſt, maleficia debere puniri, vulg. l. ita vulneratus §. ſi quis .ff. ad legem aquil. Videmus etenim quòd natura cognationem quandam poſuit inter homines, ita vt nefas ſit hominẽ homini inſidiari .l. vt vim. ff. de Iuſt. & iur. qua de re latius infra circa mixtam obligationem dicemus, ſub ſecunda eius diuiſione, vbi declarabimus an delinquẽs ad vtrunq; damnum ſcilicet, & pænam naturaliter obligetur, an verò ſecundum aliquos, ad alterum tantum, ideſt ad damnum.

7. Tertiũ, & vltimũ caput naturalis æquitatis, (quã aliqui ciuilem æquitatẽ appellant) eſt, quo admonemur, ſuperiorib. & magiſtratib. eſſe obtemperandum vt ꝓbat tex. in l. veluti ff. de Iuſt. & iu. Veluti erga Deum religio. (inquit ibi tex.) vt parentib., & patriæ pareamus. Nam licet nulla præcedens ſubſit æquitas, ſi tamen princeps, vel magiſtratus mandat aliquid fieri: ad id faciendum naturaliter tunc obligamur. Immò etiam de iure diuino tenemur parere mandatis principum, quatenus prodeunt ab habente auctoritatẽ legis cõdendæ, & quatenus ſunt ſancta, iuſta, & honeſta, qualia eſſe debẽt, iuxta textum in c. erit autem lex diſtinc. 4. cum iura naturalia diuinitus conſtituta dixerit Imperator ſupra in §. ſed naturalia de Iure nat., ſcriptum eſt .n. qui principi non obedierit morte moriatur c. 2. de maioritate, & obedientia, quo fit, vt mortaliter peccet, qui facit con-

tra-

tra præceptum legis conditæ ab habente auctoritatem legis condendæ ſecundum Bart. in l. ſi quis pro eo n. 9. ff. de fideiuſ. Præterea in paſsione dixit Chriſtus ad Pilatũ nõ haberes in me poteſtatẽ vllam niſi data eſſet tibi deſuper, vt refert. Abb. ad hoc propoſitum in c. nouit. de Iud. nu. 12. & vt prouerbiorum libro legitur, per me reges regnant, & principes dominantur. Hinc eſt quòd
8. ex ſententia condemnatoria licet iniuſta ꝙ oritur obligatio (ſi in rem iudicatam tranſierit) non ſolum ciuilis propter diſpoſitionem legis ciuilis, quæ eſt, vt pareamus ſententiæ, ſed etiam naturalis, non quidem propter conſenſum quia iudicium redditur in inuitum, l. inter ſtipulantem §. ſi ſtichũ ff. de Verb. oblig. (licet aliqui velint, quòd non appellando quis tacitè conſentiat ſententiæ, ita vt conſenſus ſaltem præſumptus adeſſe videatur, quod tñ eſt falſum, cum præſumatur potius non appellatum propter vexationem iudiciorum, ſecundum Bart. in l. 3. C. quomodo, & quando iudex) ſed propter naturalem æquitatem, quæ vult ſuperiorib. & magiſtratib. obtemperandum eſſe; quatenus ergo parere ſententiæ tenemur ex præcepto ſuperiorum, naturaliter obligamur, hinc dicitur, quòd res iudicata pro veritate accipitur l. res iudicata de reg. Iur. ergo ad parendum ſententiæ obligamur naturaliter, & ciuiliter, ita Bart. in d. l. Iulianus nu. 27. ff. de cond. indeb.

Ex quatuor igitur naturalis æquitatis fontibus oritur naturalis obligatio, & primo ex eo fonte, quo admonemur pacta ſeruari, 2. ex eo, qui vult, neminem cum alterius detrimento, & iactura fieri locupletiorem 3. ex eo qui vult delicta debere puniri 4. & vltimo ex eo æquitatis naturalis fonte, qui mandat obtemperandum eſſe magiſtratibus, vbicunq; igitur concurrat aliqua ſpecies naturalis æquitatis, ibi naturalis quoq; aderit obligatio ſic probat tex. in d. l. ſtichum §. naturalis ff. de ſolutio. Porrò hoc vnum admonendi eſtis, tres priores æquitatis fontes, immediatius procedere, & cauſſari in perſona ipſius obligati & propterea potentiores eſſe ad aliquem adſtringendum, quàm ſit poſterior hæc

æquitatis ſpecies, quæ cauſſatur magis in communi, vt latius Inf. circa ſecundam queſt. mixtæ obligationis dicemus.

QVOTVPLEX SIT NATVRALIS oblig. ſecundaria.

1. Ius ciuile tripliciter ſe habet circa contractus & diſpoſitiones hominum.
2. Ius ciuile adſiſtit contractib., & diſpoſitionib. hominum, non ſolum propter conſenſum, & naturalem æquitatem veram, ſed etiam propter æquitatem præſumptam.
3. Ex contractib., & diſpoſitionib. hominum, quibus ius ciuile reſiſtit oritur naturalis obligatio, ſed propter reſiſtentiam iuris ciuilis nullius eſt effectus, & inefficax redditur.
4. Ius gentium poteſt tollere ea, quæ ſunt iuris gentium, & naturalis æquitas poteſt tollere naturalem æquitatem, quæ ſit minoris vel paris potentiæ; quòd ſi maioris ſit potentiæ, eam non tollit.
5. Ex contractib., quibus ius ciuile non adſiſtit, neque reſiſtit, ſola naturalis oritur obligatio, ſed non ciuilis.
6. Tribus modis poteſt contingere, quòd ius ciuile nõ adſiſtat contractib., & diſpoſitionibus hominũ, primo ratione nudæ promiſsionis 2. ratione conditionis quarundam perſonarum, exemplum in contractu inter patrem, & filium, inter duos fratres, item in contractu celebrato cum ſeruo, & cum pupillo ſine tutoris auctoritate. 3. ratione actus non ſolemniter celebrati, exemplum in teſtamento minus ſolemni, vel in quo hæres grauatur legatis vltra dodrantem, & nu. 7. & 8.
7. Pater & filius naturaliter tantum, non ciuiliter obligantur adinuicem, quia inſpecto iure ciuili vna, & eadem perſona reputantur.
8. Ex teſtamento minus ſolemni vel in quo hæres grauatur vltra dodrantem, naturaliter obligatur.

Sicut

Sicut ius ciuile tribus modis potiſsimum ſe habet circa contractus, & diſpoſitiones hominum, nam aut eis adſiſtit, aut reſiſtit, aut neq; adſiſtit, neq; reſiſtit, Vel aliter, aut illas adprobat aut reprobat, aut neq; adprobat, neq; reprobat, Ita quoq; naturalis obligatio poteſt tripliciter conſiderari, adprobata à iure ciuili, reprobata, aut neq; adprobata, neq; reprobata ſic colligitur ex l. legis virtus. ff. de legib.

Naturalis obligatio adprobata eſt, quæ oritur ex contractibus, & diſpoſitionibus hominum à iure ciuili adprobatis, Poteſt autem altero de duobus modis contingere, quòd ius ciuile adprobet huiuſmodi diſputationes,

2. primo propter conſenſum verum, & naturalem æquitatem, quæ in huiuſmodi contractibus verè ac manifeſtè ineſt, exemplum in contractu emptionis, locationis, & alijs contractib', adeſt in his manifeſta, & expreſſa æquitas ſeruãdæ fidei, hiſce cõtractibus ius ciuile adſiſtit, & ꝓpterea ex eis oritur naturalis obligatio propter verũ conſenſum, & ciuilis propter iuris ciuilis adprobationem, & ex huiuſmodi obligationibus oritur deinde actio empti, & locati, vt infra ſuis tit. habebimus. Secundo, ꝓpter tacitum conſenſum, ſiue naturalem æquitatẽ præſumptam, exemplum in ſententia condemnatoria, iniuſtà in falſo iuramento, & in contractu litterarum poſt biennium, hiſce diſpoſitionibus ius ciuile adſiſtit, propter æquitatem & conſenſum præſumptum, quia de iure ciuili præſumitur iudex rectè iudicare ideo res iudicata pro veritate accipitur. l. res iudicata de reg. iur. Nam non appellando tacitè creditur Reus ſententiæ conſentire, ideo videtur tacitus conſenſus adeſſe (licet ſupra in precedenti queſt. nu. 8. contrarium verius eſſe demonſtrarim) ſic etiam præſumit ius ciuile hominem verum iurare, ideo iuramentum pro veritate habetur, §. item ſi quis poſtulante, infra de action., eodem modo poſt biennium præſumit veram eſſe confeſsionem eius, qui ſcripſit ſe mutuo recepiſſe, quod non recepit; nam quia intra biennium ſcribens non petijt apocam ſibi reſtitui, tacitè videtur ſcripturæ conſentire.

Reprobata naturalis obligatio eſt, quæ prouenit ex con-

tractibus, quibus ius ciuile expreſſe reſiſtit, quod qualiter contingat, traditur per Bart. & alios in l. cum lex ff. de fideiuſ. nu. 3. & ſeq. & per totã illam legem in l. non dubium C. de legibus, & in glo. c. tua de ſponſ. duor. nam quoties lex ciuilis expreſsè reſiſtit contractibus, & diſpoſitionibus hominum, tunc ex eis nulla neq; naturalis, neq; ciuilis datur obligatio; vt poteſt poni exemplum in contractu celebrato cum prodigo, cui bonis eſt interdictum, iuxta ea, quæ habentur in l. is cui bonis, cum ibi not. ff. de verb. oblig., & in contractu celebrato inter tutorem, & pupillum l. pupillus obligari, ff. de auctorit. tut. nam quia lex ciuilis eis reſiſtit, ideo nulla inde oritur ciuilis obligatio, immò naturalis reprobatur, adeo vt perinde ſit, ac ſi nulla neq; etiam naturalis oriretur obligatio, ea .n. quæ lege fieri prohibentur, ſi fuerint facta non ſolum inutilia, ſed pro infectis habentur, & nullum pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos videri volumus ſubſecutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente, vt inquit Imperator in l. non dubium C. de leg. & hic eſt verus ſenſus iſtius textus; nam vt inquit Iaſ. in l. ſi non ſortem ff. de cond. indeb. nu. 3. licet ius ciuile non poſsit impedire conſenſum contrahentium, & per conſequens naturalem obligationem, vt habetur in §. fin. ſupra de leg. agnat. tut. ibi ciuilis ratio, ciuilia quidem iura tollere poteſt, naturalia verò non vtiq;, poterit tamen remouere, & impedire eius effectus, vt comprobat Aldob. in §. 2. in adition. ad glo. 1. infra de fideiuſſ. licet Bart. in l. cum lex nu. 4. & ibi Caſtr. ff. de fideiuſſ. ſupponat, quòd quando lex reſiſtit, non oriatur naturalis obligatio, vbi poſtea ad tex. in d. §. fin. reſpondens ait, quòd naturalis obligatio dicitur de iure gentium .l. cum amplius .§. is natura debet .ff. de reg. iur. ſed de iure gentium debemus obedire maioribus, & magiſtratibus l. veluti ff. de iuſt. & iure. Ille ergo, qui contrahit contra præcepta legum, facit contra ius gentium, meritò non obligatur naturaliter, nec poteſt ab eo iure habere fomentum, ita vt obligationem aliquam ab ipſo inuen-

tam

tam producat, licet ergo ex conſenſu contrahentium poſsit oriri naturalis obligatio, vbi tamen æquitas naturalis ex alio capite reſiſtat, facilè hæc naturalis æquitas impediet natiuitatem obligationis naturalis ex conſenſu prouenientis, ita vt non ius ciuile, ſed ius gentium tollet eã, quæ ex alio capite iuris gentium proueniunt. Sed hæc ratio Bart. non eſt abſolutè vera, vt ex eodem colligitur in l. Iulianus. nu. 31. ff. de cond. indeb. nam ſicut ſpecies derogat generi l. in toto. ff. de reg. iur. ſic & æquitas naturalis in ſpecie proueniens ex conſenſu, non tollitur per æquitatem in genere prouenientem ex ea iuriſgentium diſpoſitione, qua admonemur

4. parendum eſſe magiſtratibus, bene verum eſt, quòd naturalis æquitas tollit eam naturalem æquitatem, quæ paris eſt vel minoris potentiæ; ſed ſi maioris ſit, eam non tollit, prout videmus in bello, quòd qui fortior eſt vincit, & hoc modo intelligitur tex. in d. l. Iulianus in princ. vbi abſolutus per ſententiam, natura debitor manet, & prout latius infra circa mixtam obligationem dicemus, ſub capite qualiter mixta obligatio iam contracta diſtrahatur. Stat igitur concluſio quod ex conuentionibus à iure ciuili reprobatis oriatur naturalis obligatio; ſed tanquam reprobata nullius erit effectus.

Neq; adprobata, neq; reprobata naturalis obligatio eſt, quæ prouenit ex hominum diſpoſitionibus à iure ciuili non adprobatis, nec reprobatis, nam quoties lex ciui-

5. lis non adſiſtit alicui conuentioni, nec etiam expreſſe reſiſtit, tunc ſola naturalis oritur obligatio propter conſenſum, vel aliam naturalem æquitatem; ſed non ciuilis, cùm lex ciuilis non adſiſtat, vt probatur exemplo tex. in l. iuris gentium §. ſed cùm nulla ff. de pact. qualiter verò dignoſcatur, an lex ciuilis adſiſtat, vel neq; adſiſtat, neq; reſiſtat, ad hoc, vt ſciamus an inde oriatur naturalis obligatio, nec ne, latè declarat Bart. in d. l. cùm lex.

Tripliciter autem contingere poteſt, quòd ius ciuile non adſiſtat, nec etiam expreſſe reſiſtat conuentionibus con-

6. trahentium, ſiue (vt generalibus loquamur) hominum

diſpoſitionibus.

Primo ratione nudæ vel ſimplicis promiſsionis, huiuſmodi ſunt omnia pacta nuda, quæ nullius iuſtæ cauſæ interuentu, vel aliter fuerunt veſtita, iuxta ea, quæ not. in glo. infra quibus mod. re contrahitur oblig. in princip. & in l. iuris gentium §. quinimmo. ff. de pact. ſed ſtant in puris & meris terminis ſimplicis conuentionis, & placiti, nec tranſeunt in proprium nomen cōtractus, tunc ſola exinde naturalis oritur obligatio propter conſenſum, non ciuilis, quia ius ciuile non adprobat huiuſmodi pacta d. l. iuriſgentium §. ſed cum nulla.

Secundo ratione conditionis quarundam perſonarum, huiuſmodi ſunt contractus omnes celebrati inter patrem & filium in patria poteſtate exiſtentem, nam quia de iure ciuili vna & eadem perſona reputantur l. fin. C. de Impuber. & alijs ſubſtit. immò vox filij dicitur eſſe vox patris §. ei verò infra de inut. ſtip. & quidquid filius acquirit, patri acquirit §. 1. ſupra per quas perſon. nob. acquir. Ideo ſicut quis ſibi ipſi non poteſt obligari, ita

7\. nec pater & filius ad inuicem obligantur ciuiliter, quia eo iure vna & eadem perſona reputantur, naturaliter verò obligantur ſi contrahant inter ipſos, cum iure naturali inſpecto pater, & filius ſint duæ perſonæ, non vna, huiuſmodi etiam ſunt contractus initi inter fratres ſub eiuſdem patris poteſtate conſtitutos, vt not. in l. frater à fratre ff. de condic. indeb. ex his n. ſola naturalis, vt ſupra non ciuilis oritur obligatio, huiuſmodi etiam ſunt contractus celebrati cum ſeruis, nam quoad ea, quæ iuris ciuilis ſunt, pro mortuis habentur, vulg. l. quod attinet ff. de reg. iuris & poſtremo iſtius etiam generis ſunt contractus celebrati cum pupillis, ſine tutoris auctoritate, ex quibus ſola naturalis, propter conſenſum, non autem ciuilis oritur obligatio, quia ius ciuile non adſiſtit hiſce contractibus l. 1. vbi glo. fin. ff. de nouatio. & ibi Bart. poſt glo. nu. 7. ait, quòd ſi pupillus eſt maior infante, & pubertati proximus obligatur naturaliter tantum, ſi contrahat ſine tutoris auctoritate, & non ſit factus locupletior, ſi verò eſt infans, vel infan-

tiæ proximus, tunc neque ciuiliter, neq; naturaliter, obligatur ſine tutoris auctoritate. Idem pariter erit ſi cum tutore contrahat, licet ſit maior infante, ratio eſt, quia hiſce poſterioribus caſibus, lex reſiſtit, prohibet enim tutorem vel alium recipere talem promiſſionem, priori verò caſu ideo obligatur naturaliter, quia habet conſenſum, nam cum lex dat tutorem vel iudicem contractibus pupilli, non interdicit ei adminiſtrationem, & conſenſum, quem naturaliter habet, ſed ſupplet defectum ætatis, vt per Bart. & alios in dict. l. 1. ff. de nouat. quòd ſi abſolutè prohiberet contractum fieri, tunc diceretur reſiſtere, ſed quando vult certam concurrere ſolemnitatem, non videtur prohibere, quòd contrahat, ſed quod ſine ſolemnitate non valeat contractus.

8. Tertio & vltimo ius ciuile non adſiſtit, nec etiam expreſſè reſiſtit diſpoſitionibus hominũ ratione actus non ſolemniter celebrati, huiuſmodi ſunt teſtamenta, in quibus deſunt ſolemnitates iuris ciuilis, ex quibus tanq; non adprobatis à iure ciuili, nulla ciuilis oritur obligatio aduerſus hæredem ad implendam voluntatem defuncti vt not. Clar. §. teſtamentum q. 90. libro 3. ſententiarum; naturalis tamen oritur propter conſenſum heredis, qui tacite profitetur ſe oneribus hereditatis adeundo adſtrictum vt Inſ. de oblig. quæ ex quaſi contractu §. item ſi & naturalem æquitatem, quæ dictat, nihil magis hominibus deberi, quam vt ſupremæ voluntatis, poſtq; aliud velle non poſſunt, liber ſit ſtylus, & licitum quòd iterum non reddit arbitrium, vt dicitur in l. 1. C. de ſacroſ. eccl. & ideo voluntatẽ teſtatoris pro lege ſeruãdam tradit Imp. in §. diſponat, Auth. de nup. huiuſmodi etiam ſunt teſtamenta, in quib. hæres grauatur legatis vltra dodrantem, aut fideicomiſſis, prohibita detractione Trebellianicæ hæc teſtamenta non adprobantur à iure ciuili; ideo ex eis hæres ciuiliter non obligatur ad integram ſolutionem legatorum, vel integram hæreditatis reſtitutionem, ſed naturaliter tantum, remanſerunt n. dictæ diſpoſitiones

in meris terminis naturalibus, hinc eſt quòd, qui integra legata ſoluit abſq; detractione falcidiæ non videtur plus debito ſoluiſſe, ideo non repetit l. 1. C. ad legem falcidiam, quia ſoluit naturale debitum, vt Inf. circa effectus dicemus.

QVIS SIT EFFECTVS NATVralis obligationis ſecundariæ.

1. De iure gentium omnia expediebantur manu regia.
2. Obligatio naturalis exceptionem producit.
3. Obligatio naturalis rei indebite ſolute repetitionem impedit.
4. Facilius conceditur retentio quam petitio.
5. Naturale debitum poteſt cum debito efficaci compenſari.
6. Naturali obligationi poteſt fideiuſſor accedere.
7. Naturali debito poteſt pignus accedere.
8. Naturale debitum poteſt nouari.
9. Naturale debitum poteſt conſtitui, ſiue in conſtitutum deduci.
10. Naturaliter obligatus poteſt ad ſoluendum cõpelli per denuntiationem euangelicam.

QVia diximus hanc obligationem poſſe diuidi in tres ſpecies, adprobatam ſcilicet, reprobatam, neq; adprobatam, neq; reprobatam, ideo videndum erit de effectibus cuiuſq; ſpeciei. Quoad primam ſpeciem attinet à iure ciuili adprobatam, quæ propriè mixta dicitur, hæc plures producit effectus de quibus Inf. circa mixtam dicemus ſuo loco. Quoad ſecundam verò pertinet, hæc nullum producit effectum, nam legis ciuilis reſiſtentia eam, vt ſupra dixi, redit inefficacem. Quoad tertiam demum ſpectat, naturalem ſcilicet obligationem à iure ciuili neque adprobatam, neq; reprobatam, de qua hoc loci dicendum eſt, hæc plures producit effectus, de quibus p dd. in l. ex hoc iure ff. de iuſt. & iur. & in l. frater à fratre ff. de cond. indeb.

Primus

Primus effectus eſt, quòd licet naturalis obligatio ſola
nullam in agendo vim habeat, quia actiones ſunt inuen-
1. tæ à iure ciuili, nam de iure gentium omnia expedie-
bantur manu regia l. 2. ff. de orig. iur. aliquem tamen
in excipiendo producit effectum, Ratio eſt, quia, iura
proniora ſunt ad liberandum, quam ad obligandum, l.
Arrianus ff. de actio. & oblig. l. fauorabiliores. de reg. iur.
2. Ideo ſi creditor faciat pactum nudum cum debitore
naturaliter, & ciuiliter obligato de non petendo quod
ſibi debetur, tale pactum producit naturalem obliga-
tionem l. iuriſgentium §. ſed cum nulla ff. de pac. ex
qua deinde oritur exceptio pacti de non petendo, de
qua Inſ. de except. §. præterea, adeò vt ſi creditor po-
ſtea agat aduerſus debitorem, & petat ſibi debitum,
oſtabit ei dicta exceptio pacti, quæ tendit ad liberandū
debitorem, vt traditur per Bart. in l. ſi vnus §. pactus ne
peteret. ff. de pact. nu. 9. vbi Iaſ. nu. 20.
3. Secundus effectus eſt, quòd naturalis obligatio rei in-
debitè ſolutæ repetitionem impedit, nam licet non
poſſim neceſſitate ſolutionis adſtringi ad ſoluendū ꝙ
tibi nudo pacto promiſi, Item licet non poſſit quis ac-
tione experiri aduerſus pupillum ſibi obligatum ad
aliquid dandum, vel faciendum virtute contractus cū
eo celebrati ſine tutoris auctoritate, minuſq; poſſit hæ-
res compelli aliqua actione ad ſoluendum integrum
legatum relictum in teſtamento, in quo hæres graua-
tur vltra dodrantem, ea ratione, quia cùm lex ciuilis
huiuſmodi hominum diſpoſitiones non adprobarit,
nec reprobarit vt ſupra diximus, ſola ex eis oritur na-
turalis obligatio, quæ actionem non producit d. l. iu-
riſgentium, §. ſed cum nulla; ſi tamen obligatus his in
caſibus quis ſoluerit, non poterit ſolutum repetere l.
naturales ff. de action. & oblig. l. naturaliter ff. de cond.
indeb. Rationem reddit I. C. in l. fideiuſſor obligari §.
fideiuſſor accipi ff. de fideiuſſ. in his verbis. Nam licet
minus proprie debere dicantur naturales debitores,
per abuſionem tamen intelligi poſſunt debitores, & qui
ab eis pecuniam recipiunt, debitum ſibi recepiſſe. Ra-

4. tio rationis eſt, quia facilius conceditur retentio, quàm petitio l. 1. in princ. ff. de pignorib. l. ſi in area vbi glo. fi. in fi. ff. de cond. indeb. Qualiter autem procedat hæc concluſio an ſcilicet in ſponte, & ſcienter ſoluente locum habeat, an vero in eo qui ignoranter ſoluit, latè Inf. dicemus in §. 2. tit. ſeq. vbi eſt locus ſuus.

5. Tertius effectus eſt, quòd naturale tantum debitum poteſt cum debito efficaci compenſari l. etiam ff. de compenſ. ratio eſt, quia qui petit, actor eſt, qui compenſationem opponit, reus eſt, reorum autem cauſſa ſemper eſt fauorabilior. d. l. Arrianus. & d. l. fauorabiliores. Nec intereſt ſi dicatur, quòd ea, quæ per exceptionem perimi poſſunt, in compenſatione non veniunt, vt dicitur in l. quæcunq; ff. de compenſ. Ita vt cùm naturalis obligatio perimatur exceptione intentionis, & facti, (cùm ſi naturale tantum debitum petatur, tollatur d. exceptione) non poſſit dicta obligatio naturalis in compenſationem venire, quia reſp. quòd naturalis obligatio propriè non dicitur exceptione perimi, quia actionem non producit : vt ſupra. Exceptio enim eſt actionis non intentionis excluſio, vt declarat Az. in ſum. C. excep. in princ.

6. Quartus effectus eſt, quòd naturali obligationi fideiuſſor accedere poteſt. tex. eſt in d. l. fideiuſſor obligari §. fideiuſſor accipi. ff. de fideiuſſ. §. in omnibus infra eo. quòd adeò verum eſt, vt fideiuſſor efficatius obligetur, quam principalis : nam ponamus quòd pupillus cõtraxerit ſine tutoris auctoritate, quo caſu naturaliter tantum obligatur ſi huic obligationi fideiuſſor accedat, hic ciuiliter & naturaliter, principalis vero naturaliter tantum remanet obligatus, Ideo ſolus fideiuſſor, non autem principalis cum effectu conueniri poterit, vt latius habetur in l. Marcellus ff. de fideiuſſ. & d. §. in omnibus, nec dicitur eo in caſu fideiuſſor in plus obligari, quam principalis, quia non eſt plus re, tempore, loco, vel cauſa iuxta textum in §. plus autem infra actio. ſed efficatius iuxta naturam fideiuſſorum qui ad hoc dari ſolent, vt creditori magis ſit cautum.

7. Quintus

7. Quintus effectus eſt, quòd naturali debito pignus accedere poteſt l. quæſitum l. res hypothecæ. ff. de pignor. l. vbicũq; ff. de fideiuſſ. l. naturaliter. ff. de cond. indeb.

8. Sextus effectus eſt, quòd naturale tantum debitum poteſt nouari l. 1. ff. de nouatio. eſt autem nouatio, vt ait I. C. in d. l. 1. prioris obligationis in aliam, ſiue ciuilem, ſiue naturalem, transfuſio; nouatio .n. à nouo nomen accepit, & à noua obligatione, qualiter autem nouatio fieri debeat latè infra dicemus, in §. præterea tit. quibus modis tol. oblig. vbi eſt locus ſuus.

9. Septimus effectus eſt, quòd naturale debitum in conſtitutum deduci poteſt & in perſonam cõſtituentis exigibile fieri l. 1. §. an debitum. ff. de conſtit. pecun. fit autem conſtitutum quoties quis promittit ſe ſoluturũ quod ipſe, vel alius debet: vt dicit tex. in §. de conſtituta, infra de actio. vbi latè dicemus, & conſtitutor idem ferè eſt quod fideiuſſor, præterquam quòd in tribus ab eo differt, de quibus per Bart. in l. 1. ff. de conſtit. pecun. Nam conſtitutor ſolo nudo pacto obligatur, fideiuſſor verò per ſtipulationem tantùm. Conſtitutor in plus ſaltem tempore, fideiuſſor verò non poteſt in pluſquam principalis obligari. Conſtitutor ſolùm poſt decem dies, fideiuſſor verò ſtatim poteſt conueniri. Vnde ſequitur notandum quod ſi hæres conſtituat ſe ſoluturum legata in teſtamento minus ſolemni vel vltra dodrantem relicta, compelli poterit actione de conſtit. pecun. ad ſoluendum, quòd antea exigi non poterat per legatarium, ſicuti alibi etiam videmus, quòd geminata naturalis obligatio actionẽ parit vt probat tex. vbi ſcribentes in l. fi. iuncta l. 1. C. ad legem falcid.

10. Octauus & vltimus effectus naturalis obligationis eſt, quòd naturaliter tantùm obligatus, ſi ſoluere recuſauerit, poterit hic compelli ad ſoluendum per denunciationem euangelicam vt traditur per Bart. in extrauag. ad reprim. cap. incip. denunciationẽ nu. 9. & ſeq. & de hac denuntiatione qualiter & quando fiat tradit tex. vbi Can. in cap. nouit ex. de Iudic. & hæc de obligatione naturali, ſequitur nunc videndum.

DE OBLIGATIONE CIVILI SOLA.

PRo declaratione ciuilis obligationis ſolę quattuor examinanda propono. Primum, quid ſit obligatio ciuilis ſola, & vnde dicatur. Secundum, quotuplex ſit, Tertium, quæ ſit eius cauſſa ſiue vnde ipſa oriatur. Quartum, & vltimum quis ſit eius effectus.

QVID SIT OBLIGATIO CIVILIS ſola & vnde oriatur.

SIcut naturalis obligatio à ſua cauſſa, ſiue inuentrice natura nomen traxit, ita & ciuilis à legis ciuilis diſpoſitione. Hinc ciuilis obligatio in genere ita diffiniri poteſt vt ſit ea, per quam quis ex iuris tantum ciuilis diſpoſitione obligatur, vt colligitur ex Bart. in d. l. Iulianus & l. ex hoc iure, vbi dd. ff. de Iuſt. & iur.

QVOTVPLEX SIT CIVILIS obligatio.

1. Ciuilis obligatio ſola dupliciter conſideratur.
2. Ciuilis obligatio ſola à principio, quæ nunq; fuit iuncta naturali qualiter contrahatur.
3. Ciuilis obligatio qualiter ſola remaneat poſtq; naturali fuit coniuncta.

HAEc ciuilis obligatio ita in genere diffinita poteſt dupliciter conſiderari, SOLA NEMPE A PRINCIPIO, quæ nunquam fuit iuncta cum naturali, ET SOLA POST CONIVNCTIONEM, vt quia cum ſemel fuiſſet iuncta cum naturali, ſublata naturali, per pactum de non petendo, per iuramentum, vel alio modo, ciuilis ſola remanſit; Nam ſicut in naturalibus videmus, quod vxor decedit viro ſuperſtite, etecontra, ſic & in obligationibus euenire poteſt, quòd poſt coniunctionem ciuilis cum naturali,

naturalis

naturalis tollatur, alia naturali æquitate iuxta tex. In d. l. Stichum aut Pamphilum, ciuili ſola remanente, ſic eam diuidit Port. hic in princ. nu. 16.

2. Prior eſt quæ nunq; fuit coniuncta naturali, rectèq; dici poteſt vinculum iuris ciuilis deſcendens ex contractibus ſtricti iuris ritè formatis carẽtibus naturali æquitate, quo adſtringimur vi Iudicij parte nihil opponente. poteſt .n. aduerſarius plures exceptiones opponere vt Inf. de excep. per totum, Huiuſmodi eſt literarum oblig. ante biennium, veluti ſi mihi ſit opus pecunia, & Titius ſpem mihi dederit de ea mutuanda, ego verò ſpe futuræ numerationis ſcripſerim apocam, in qua confiteat me habuiſſe mutuò aliquam pecuniæ quantitatem, quam re vera non habui; hoc caſu non oritur naturalis obligatio propter defectum conſenſus, quia catenus conſenſi, quatenus mihi pecunia numeraretur, & propter defectum naturalis æquitatis, quæ non patitur, quemq; cum alterius detrimento fieri locupletiorem l. nam hoc natura ff. de condic. indeb. Ciuilis tamen hoc caſu oritur obligatio propter legis ciuilis diſpoſitionem, nam deceptus legis lator. ob ſubſiſtentiam formæ in contractu requiſitæ, arguendo à communiter contingentibus, non credidi quemq; eſſe adeo ignarũ, qui fateatur ſe recepiſſe, quod re vera non habuit. Ideo hanc diſpoſitionem ſua auctoritate valere voluit: obſtabit tamen agenti ad reſtitutionem pecuniæ intra biennium exceptio non numeratæ pecuniæ, qua agẽs poterit excludi ab actione intentata vt Inf. de litterarum oblig. habetur. Huiuſmodi etiam ſunt contractus omnes ſtricti iuris vi, dolo, metu aut per errorem celebrati, ex quibus ſola ciuilis, propter legis ciuilis auctoritatem, oritur obligatio Nã deceptus legislator, ob ſubſiſtentiã formæ requiſitæ in dictis contractibus, nullum putans dolum, vim, metum, vt errorem adeſſe, hiſce contractibus ſe ſubſcripſit, Naturalis verò non oritur obligatio propter deffectum conſenſus quem dolus impedit, & propter naturalis æquitatis repugnantiam, cum ea, quæ vi, dolo, metuuè fiunt, æquitate naturali rata

eſſe nolit I. C. in l. 1. §. 1. ff. de doli mali, & met. excep. Hinc eſt quòd prætor, qui ſequitur æquitatem l. quod ſi Epheſi .ff. de eo. quòd certo loco, pacta, quæ vi, dolo, metuuè fuerunt celebrata, non ſeruaturum ſe ait in l. iuriſgen. §. prætor ait ff. de pac. l. 1 .ff. quod metus cauſſa, Ideo aduerſus agentem his in caſibus obſtabit exceptio doli vis, metus, aut rei per errorem geſtæ, quæ excludet actionem per agentem intentatam, vt Infra de excep. per tot. & not. Myſing. Infra quib. modis tol. oblig. in princ.

Poſterior verò eſt quæ cum ſemel fuerit iuncta cum naturali poſt coniunctionem ſola remanſit, vt quia naturalis fuit ſublata per pactum de non petendo iuxta l. ſi vnus §. pactus ne pet. ff. de pact. Nam ſi cũ eſſem tibi obligatus naturaliter, & ciuiliter, fecimus pactum de non petendo, quod tibi debebam, per iſtud pactum eſt ſublata naturalis, ſed ciuilis ſola remanſit, cuius virtute, ſi agas aduerſus me, ero tutus exceptione dicti pacti. §. præterea Infra de excep. Idem ſi naturalis fuiſſet ſublata iuramento, quia obſtabit exceptio iureiurandi §. æquè Infra de excep. Naturalis .n. oblig. ſicut pecuniæ numeratione tollitur, ita & iuſto pacto, vel iuramẽto ipſo iure tollitur, quia vinculum æquitatis, quo ſolo ſuſtinebatur, conuentionis æquitate diſſoluitur, vt ait I. C. in l. Stichum, aut Pamphilum §. naturalis ff. de ſolutio, Prout etiam videmus econtra, dari naturalem ex poſt facto ſolam, ciuili ſublata; exemplum in ſententia abſolutoria, quæ tollit ciuilẽ, naturali remanente, l. Iulianus, ibi natura tamen debitor manet .ff. de condic. indeb.

QVAE SIT CAVSSA CIVILIS obligationis ſolæ.

CAuſſa ciuilis obligationis ſolæ ſiue de vna, ſiue de altera ſpecie loquamur, eſt adprobatio & auctoritas, ſiue legis ciuilis diſpoſitio, nam vbicunq; ius ciuile aliquid diſponit, ſiue procedat adprobando, vt in contractibus à iuregen. inuentis, & adprobatis à iure ciuili, ſiue

ue procedat diſponendo, vel inducendo aliquid de nouo, vt in contractibus à iure ciuili inuentis iuxta ea, quæ habetur in §. ex hoc iure iuncta ibi glo. verſ. pœne ſupra de iure nat. ex iſta iuris ciuilis diſpoſitione oritur ciuilis oblig. l. legitima. ff. de pact. & probat. Myſing. hic in princ.

QVIS SIT EFFECTVS CIVILIS obligationis ſolæ.

1. Ciuilis obligatio ſola eſt ſufficiens ad producendam actionem, ſed non exactionem, & nu. 5.
2. Naturalis obligatio in producenda actione fungitur vice matris, ciuilis verò vice patris.
3. Propriè debitum illud dicitur, quod vtroq; iure debetur.
4. Sola ciuilis, & ſola naturalis obligatio ſufficiunt ad actionem iam productam conſeruandam.
5. Paria ſunt non habere actionem, & eam habere, ſed inefficacem,
6. Ciuili obligationi ſolæ fideiuſſor accedere poteſt.
7. Exceptiones reales, ſiue rei debitæ cohærentes principali etiam inuito per fideiuſſorem opponi poſſunt.
8. Ciuilis obligatio ſola in conſtitutum deduci non poteſt, neq; in compenſationem, & nu. 9.
9. Pecunia ciuiliter tantùm debita, quocunq; errore ſoluta repeti poteſt.

TRes effectus iſtius obligationis reperio apud ſcribentes, quorum primus eſt, vt actionem producat, & conſeruet, vt probatur exemplo litterarum obligationis ante biennium, contractus vi, dolo, metuè celebrati, vnde volunt ſcribentes, natam eſſe ciuilem ſolam, quæ actionem producit licet actio exceptione nõ num. pecun. vt §. idem iuris doli, vis metus, §. appellantur Infra de except. excludatr; Sed huic primo effectui vnũ videtur poſſe obijci quod dd. omnes indifferenter admittunt hic in glo. rubr. & inter alios Bart. in l. ſi vnus

§.pactus ne peteret ff. de pactis videlicet quòd ad producendam actionẽ vtraq; requiratur obligatio, natura-
2. lis ſcilicet, & ciuilis ſimul, ita vt naturalis fungatur vice matris, ciuilis vice patris. Videmus etenim quod leges naturam imitari ſemper conantur, l. adoptio ff. de adopt. §. minorem ſupra eo. & ideo non videtur concedendum, vt in eo, in quo lex imitatur naturam, eam excedat, adeò vt ſolus pater actionem producat ſine matre, idem comprobatur arg. tex. in l. 3. §. 1. ff. de conſtit. pecun. vbi pecunia quæ ciuiliter tantùm debetur
3. indebita dicitur, id. n. propriè debitum eſt, quod vtroq; iure debetur, naturali ſcilicet & ciuili ſimul l. debitor ff. de Verb. ſign. ſed actio ſine debito eſſe non poteſt vt Infra de action. in princ. ibi ius proſequendi in iudicio, quod ſibi debetur, ergo actio ex ſola ciuili non oritur. Pro ſolutione diſtinguendum arbitror inter ciuilem obligationem, quæ poſt coniunctionem ſola remanſit, & à principio ſolam, ita vt ſi de priori ſpecie loquamur, tunc non obſtat contrarium, quia dato, quòd ſola ciuilis ad producendam actionem non ſufficiat minuſq;
4. ſola naturalis, quælibet tamen ipſarum ſufficit ad eam iam productam conſeruandam ita Bart. communiter receptus in l. 1. nu. 14. ff. de condic. indeb. quod pariter admittit Myſing. in §. item ſi in iudicio Inf. de excep. nu. 5. Quare cùm ciuilis obligatio iuncta cùm naturali ſemel actionem produxerit, licet modo naturalis oblig. vel pacto, vel iureiurando tollatur §. præterea, & §. æquè Infra de excep. actio tamen iam producta per ciuilem aut naturalem ſolam conſeruari poteſt, vt videmus in naturalibus, quòd altero parente mortuo filij iam nati conſeruantur; ſi verò loquamur de ciuili ſola à principio; tunc reſpondeo paria eſſe non habere
5. actionem, & habere ſed inefficacem l. nihil intereſt. ff. de reg. iur. Vnde fateor quòd ſola ciuilis producit actionem, qua agere poſſumus aduerſus aliquem; verum quia hæc actio redditur inefficax ad exigendum, cùm exceptione vt ſupra tollatur, perinde erit ac ſi eam non produceret, licet ergo ille partus à patre prodeat, ta-

men eſt imperfectus, prout etiam in naturalibus vide-
mus, quòd pater dicitur generare filium, intelligitur
tamen cum matre, nec obſtat tex. in d. l. 3. de con-
ſtit. pecun. quia verum eſt, vt id, quod ciuiliter tantū
debetur, indebitum dicitur, ſcilicet quo ad effectum
exigendi, vt ibi per glo. non autem quo ad effectum
agendi, de quo nos loquimur, ciuilis ergo ſola produ-
cit actionem, ſed non exactionem, quia actio excep-
tione tollitur.
Secundus effectus ciuilis obligationis ſolæ eſt, vt ei, & fi-
6. deiuſſor, & pignus accedere poſsit. l. fideiuſſor obligari
§. fideiuſſor accipi. ff. de fideiuſ. §. in omnibus. Infra
eo. quo caſu fideiuſſor efficaciter remanet obligatus,
verum tamen eſt, quod exceptiones non numer. pecu.
doli, mali, & metus, quæ antea competebant principa-
li debitori l. ſi ex cautione C. de non num. pec. compe-
tent etiam fideiuſſori, adeo vt ipſo etiam inuito per fi-
7. deiuſſorem opponi poſsint l. ex perſona ff. de fideiuſ. ra-
tio eſt, quia iſtæ exceptiones, reales ſunt, id eſt ipſi rei
debitæ cohærentes, non autem perſonales, vt ceſsionis
bonorum in quantum quis facere poteſt & aliæ huiuſ-
modi, quæ perſonam debitoris concernunt, iuxta di-
8. ſtinc. tex. in l. exceptiones la 2. ff. de exception. In con-
ſtitutum verò ciuilis obligatio ſola deduci non poteſt l.
3. ff. de conſtit. pecun. Ratio eſt quia prætor, quia con-
ſtituta ex conſenſu facta cuſtodit l. 1. ff. de conſtit. pe-
cun. naturalem æquitatem præ ocullis ſemper habet, l.
qꝫ ſi ephesi ff. de eo quòd cert. loc. at in ciuili obligatio-
9. ne ſola nō ineſt naturalis æquitas §. 1. Infra de excep. ibi
ſed quia iniquum eſt &c. ergo in conſtitutum ipſa de-
duci non poteſt; minuſq; poteſt ciuilis obligatio com-
penſari l. quæcunq; vbi dd. ff. de compenſ. quæcunq;
(inquit ibi tex.) per exceptionem perimi poſſunt in
compenſationem non veniunt, ſed ciuilis obligatio ſo-
la licet actionem producat, ea tñ vt ſupra perimitur per
exceptionem, ergo ciuilis obligatio non venit in com-
penſationem. Ratio eſt, quia ciuile tantum debitum
non dicitur propriè debitum, & pecunia, quæ ciuiliter
tantum

tantum debetur, indebita dicitur d. l. 3. §. 1. de conſtit. pecun.
Tertius, & vltimus ciuilis obligationis effectus eſt, vt pecunia ciuiliter tantum debita, quocunq; errore ſoluta, repeti poſsit, ratio eſt quia, quod ciuiliter tantum debetur dicitur indebitum, vt ſupra, ſed de hoc effectu qualiter procedat latè Infra dicemus in §. 2. tit. ſeq. vbi eſt locus ſuus, & hæc de obligatione ciuili ſola, ſequitur nunc videndum.

DE MIXTA OBLIGATIONE.

TRanſeamus nunc ad tertiam principalem ſpeciem obligationis: quæ mixta ideo nuncupatur, quia componitur ex naturali, & ciuili ſimul; Nam licet in aliquibus caſibus ſola naturalis oriatur obligatio, in aliquibus etiam ſola ciuilis, in pluribus tamen vtraq; ſimul naſcitur obligatio, ciuilis ſcilicet mixta cùm naturali: de qua per Imp. agitur in præſenti tit. per totum, ad cuius intelligentiam, tria vobis diſcutienda propono, quorum primum eſt, quid ſit mixta obligatio, ſecundum qualiter contrahatur, & iam cōtracta vna ſpecies ab altera diſtrahatur, altera remanente. Tertium, & vltimum; Quotuplex ſit, & quæ ſint ſingulæ eius ſpecies.

QVID EST MIXTA OBLIGATIO

1. Omnis bona diffinitio debet conſtare genere & differentijs.
2. Obligatio eſt iuris vinculum incorporale ſcilicet & intellectuale.
3. Obligationis ſubſtantia in adſtringendo potiſsimum conſiſtit.
4. Actio eſt ius quo, obligatio verò eſt ius propter quòd in iuditio perſequimur quod nobis debetur.
5 Qualiter dictio Neceſsitate in diffinitione poſita, excludat ciuilem oblig. ſolam.

6. Dilectio

6. Dictio ſoluendæ, in diffinitione noſtra quare capia-
tur impropriè.
7. Verba in diffinitionibus quòd poſsint impropriè
capi, probatur ex tex.
8. Rei appellatio an & quando pro rebus, & factis ca-
piatur nec ne latè diſcutitur, & nu. 9.
9. Genus poſitum iuxta aliquã ex ſuis ſpeciebus cæ-
teras omnes comprehendit, demptis his, quarum
reſpectu ponitur.
10. Iuregentium inſpecto naturaliter obligatus, pro-
priè obligatus dicitur.
11. Defenditur diffinitio à ſuperfluitate circa dictionẽ
Iuris in diffinitione poſitam de mente Fortunij.
12. Declaratur quæſtio Accurſ. hic in glo. verb. ſecun-
dum, an ſcilicet ſententia lata ſuper inepto libel-
lo ratione actionis, vel incompetentiæ iudicis, ſit
ipſo iure nulla, & nu. 13. 14.
13. Expreſsio inepta eorum, quæ tacitè inſunt nihil
operatur.
14. Libellus in dubio præſumitur aptus, non autem in-
eptus, & eius interpretatio fieri debet per ipſum
libellantem, & pro ipſo libellante.
15. Defenditur diffinitio ab oppoſitionibus, de quibus
per Accurſ. hic in glo. 1. & nu. 16. 17. 18. & 21.
16. Reprehenditur Accurſ. circa argum. ab eo propo-
ſitum hic in d. glo. 1.
17. Res debet diffiniri prout eſt ſubſtantia, non ſecun-
dum qualitatem accidentium.
18. Reprehenditur Faber. Bell. & Thob. volentes quòd
hic quælibet obligatio diffiniatur.
19. Diffinitio debet tradi in genere & in communi.
20. Reprehenditur Toll. circa declarationem diffini-
tionis & 19.
21. Bona diffinitio debet poſſe cõuerti cũ ſuo diffinito.
22. Iudicis officium nullam ſupponit obligationem.
23. Actio realis non ſupponit obligationem, ſed domi-
nium.
24. Bona diffinitio non debet eſſe per effectus cõcepta.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DIffinitur hæc obligatio per Imper. hic in princ. tit. noſtri hoc modo, Obligatio eſt iuris vinculum, quo neceſsitate adſtringimur alicuius ſoluendæ rei, ſecundum noſtræ ciuitatis iura.

1. Declaremus hanc diffinitionem per genus, & differentias, quibus debet conſtare omnis bona diffinitio, iuxta ea, de quibus per ſcribentes in l. 1. ff. de acquir. poſſeſſ. in l. 1. de teſtam. & alibi paſsim, & videamus de ſingulorum verborũ miniſterio, vt alibi admonet Accur. in glo. verſ. quam ius Infra de action. in princ.

Dixi obligationem eſſe vinculum, hoc verbum in diffinitione ponitur loco generis, quia omnis obligatio, ſiue ciuilis ſola, ſiue naturalis ſola eſt vinculum l. ſi fideiuſſor in ſi. ibi naturale vinculum non diſſoluit, ne ciuile ff. de cond. indeb. ſed non omne vinculum eſt obligatio, nam & funes cęteraq; huiuſmodi, quibus materialiter quid ligari poteſt ſunt vincula, longe tamen ab obligatione diſtant; Ideoq; ad hæc excludenda addidi dictionem Iuris, nam licet id quod nobis ex obligatione debetur plerunque corporale ſit, vt domus, pecunia,
2. veſtis, &c. tamen ipſum ius obligationis eſt incorporale, Ideo Imper. inter res incorporales obligationem ſupra connumerat in tit. de reb. corp. & in corp. nec intereſt ſi dicatur, quòd immò obligatio ſit vinculum facti, non iuris, id eſt vinculum quod ex facto prouenit non ex Iure, quia contractus, vel quaſi, delicta, vel quaſi ex quibus omnis oritur obligatio, vt infra eo. §. ſequens ſunt facti l. conſilio §. fi. ff. de curat. Fur. vnde Accurſ. in glo. verſ. iuris vinculum huius contrarij timore, exponit quaſi ius vinciens; quia reſpondeo, quòd licet expoſitio Accurſ. communiter recipiatur, ea tamen nõ placet, quia ſolui propriè eſt vinculorum, ſed obligationes dicuntur ſolui §. 1. Infra quib. modis tollitur oblig. ergo ipſa oblig. vinculum eſt, non autem ius eſt, quòd vinciat; minusq; alia ratione placet prædicta expoſitio, quia violat litteram tex. noſtri, ideo reſpondeo, quòd ſicuti in ſimili dicimus ius hæreditatis, ius vſufructus, ſic & iuris vinculum, quaſi vinculum, quod eſt ius ad

differentiam

differentiam vinculorum materialium, quæ ſunt quid facti.
Dixi quo neceſsitate adſtringimur alicuius ſoluendæ rei, hæc verba ſunt poſita ad demonſtrandam eſſentiam &
3. ſubſtantiam rei diffinitæ, quæ in hoc potiſsimum conſiſtit, vt per eam neceſsitate adſtringamur ad aliquid dandum vel faciendum, ita loquitur tex. in l. obligationum ſubſtantia .ff. de actio. & obliga. Dictio Quo, ponitur cùm miſterio, nam cùm obligatio ſit vinculum, rectè dicimus quo adſtringimur, nam ſicut vincula materialia, ita & iuris vincula propriè ſunt, quæ adſtringunt ad differentiam actionis, quæ eſt ius perſequendi in iudicio id, ad quod per obligationem fueramus adſtricti, propterea dicebat Accurſ. in glo. in verſ. quam ius, Infra de action. in princ. quòd actio eſt ius, quo, obli-
4. gatio verò ius propter quod perſequimur. nam mediante adſtrictione obligationis perſequimur. Dictio Ne-
5. ceſsitate ponitur ad excludendã ciuilem oblig. ſolam, quæ cum actionem vt ſupra producat, ea mediante adſtringimur quidem, ſed non cùm neceſsitate ſolutionis, quia vt ſupra diximus, actio exceptione excluditur; ille .n. verè debitor eſt, qui neceſſe habet ſoluere & à quo inuito pecunia exigi poteſt, hinc tollitur obiectum, qđ imminebat ſuperfluitatis in dictione neceſsitate, quaſi quòd ſatis fuiſſet dicere obligationem eſſe ius, quo ad-
6. ſtringimur abſq; illa dictione, Neceſsitate. Dictio ſoluendæ, hoc loco ſumitur impropriè, & largo quodam modo ꝓ omni ſatisfactione, ſiue liberatione, iuxta text. in l. ſolutionis verbo ff. de verb. ſign. cùm concordantibus, de quibus ibi per glo. nõ autem propriè pro rei aut pecunię ſolutione, iuxta tex. in l. 4. §. ait prætor .ff. de re iudic. quia obligationis ſubſtantia non ſolum in dando, ſed etiam in faciendo conſiſtit d. l. obligationũ ſubſtantia. Hinc not. eſt nos habere tex. ſingularē ad hoc, quòd licet dici ſoleat, quod verba in diffinitionibus de-
7. bent propriè capi. vt tradit Bart. in l. omnes populi .ff. de iuſt. & iure nu. 59. hoc tamen debet intelligi in verbo diffinito ſecus in verbis diffinientibus vt tenuit Dec.

ſin rub. ex. de prob. in 3. col. Dictio Rei & ipſa capitur
8. largo modo vt in l. rei appellatio .ff. de verb. ſign. pro rebus & factis, cùm obligemur non ſolùm ad rem aliquã dandam, ſed etiam ad aliquid faciendum d. l. obligationum ſubſtantia, ita exponit Accurſ. hic in glo. in verbo Rei vbi DD. vnde obiter not. ſecundum Port., quòd rei appellatione, etiam facta comprehenduntur, vt latè ibi per eum, qui ad plura infert; ſed quidquid hoc ſit, pro eius perfecta doctrina diſtinguite hunc in modum. Aut dictio Res ponitur reſpectiuè ad aliquid, aut ſimpliciter; priore caſu, omne aliud appellatione rei comprehẽditur; præter illud cuius reſpectu ponitur, argum.
9. l. doli clauſula ff. de verb. oblig. vbi doli clauſula generalis non extenditur ad ſpecificata, ſic & in caſu noſtro Rei appellatio eſt adeo generalis, vt nihil ſit, quod eius ſignificationem effugiat d. l. rei appell. de verb. ſig. & l. 1. in fin. ff. ſi cert. pet. ſed ſi ponatur reſpectiuè ad aliquid, cætera omnia comprehendet eo excepto, cuius reſpectu ponitur, exemplum in §. fin. ſupra de iur. nat. vbi ait Imp. omne ius, quo vtimur ad perſonas pertinere, ad res, vel ad actiones; ibi res ponuntur reſpectiuè ad perſonas, & ad actiones, ergo rerum appellatione eo in caſu non veniunt perſonæ & actiones; quæ aliàs venirent. Poſteriore verò caſu, rei appellatio omnia cõprehendit, tàm perſonas quàm iura, actiones, & facta, vt per DD. in alleg. glo. in verſ. rei. fallit quando huic dictioni res, eſſet adiectum pronomen poſſeſsiuũ, meus, mea, meum, quia tunc ea tantum comprehenſa cenſentur, quæ in bonis meis ſunt, vel iura vel actiones ſine l. ſi legatus §. 1. ad trebell. ibi nam meorum & tuorum appellatione etiã actiones contineri dicendum eſt, ſecus vero ſi eſſet expreſſum, de quibus rebus dicatur, vt res meas mobiles, & immobiles, quia tunc iura, & actiones rei appellatione non veniunt. l. A diuo Pio §. in venditione ff. de re Iudic. fallit ſecundo qñ dictio, Res, eſſet circumſcripta loco aliquo, quia tunc actiones non cõprehenduntur, cùm loco aliquo circumſcribi nequeant. qua de re vide Gomeſ. in §. omniũ infra de action.

nu.

nu. 21. & Soc. conſ. 101. viſo teſtam. col. 1. lib. 1.
Dixi ſecundum noſtræ Ciuitatis iura, per hæc verba ex-
10. cluditur à diffinitione noſtra, obligatio naturalis ſola,
cui cætera diffinitionis verba conuenire poterant, quia
iure gentium inſpecto naturaliter obligatus, propriè
obligatus dicitur l. cùm amplius §. is natura debet ff.
de reg. iur., & ad ſoluendum adſtringi poterat, manu
regia l. 2. de orig. iur. Bar. in l. frater à fratre nu. 11. ff. de
condic. indeb. ſed attento iure noſtræ ciuitatis, natura-
liter obligatus non poteſt amplius neceſsitate adſtrin-
gi; cum iure ciuili attento, naturalis obligatio propriè
non ſit obligatio. l. fideiuſſor obligari §. fideiuſſor acci-
pi ff. de fideiuſs. niſi à iuribus noſtræ ciuitatis fuerit
adprobata & recepta; Nec intereſt ſi in prædictis ver-
bis de ſuperfluitate arguatur Imperator, quaſi quòd
fruſtra adijciat iſta verba, ſecundum noſtræ ciuitatis
iura, cùm prius dixiſſet obligationem eſſe vinculum iu-
ris, quo neceſsitate adſtringimur; Non .n. poſſumus
neceſsitate adſtringi ad ſoluendum, niſi ſecundum iu-
ra noſtræ ciuitatis, vnde ſuccedit vulg. iuris reg. quod
expreſsio eorum, quæ tacitè inſunt nihil operetur l. 3.
ff. de legat. primo, maxime ponderando verbum Ad-
ſtringimur, quod, cùm ſit præſentis temporis, referri
videtur ad ius ciuile, non ad ius gentium, quod non
amplius adſtringit, ſed aſtringebat, cùm ſit antiquius
11. iure ciuili. Quia reſpond. ex Fortun. in l. ſi vnus §.
pactus ne peteret nu. 28. ff. de pact. prout eum refert
Aldob. hic in addit. ad gloſ. primam quòd priora illa
verba, iuris vinculum, ſunt accipienda pro vinculo iu-
ris ſcilicet naturalis, & verba ſecundum noſtræ ciuita-
tis iura, pro iuribus ciuilibus, quaſi quòd vinculum
iuris naturalis adſtringat, non quidem amplius manu
regia, ſed ſecundum noſtræ ciuitatis iura, virtute ac-
tionis vnde patet rectè mixtam hic diffiniri; Ita credo
exponẽdum eſſe textum noſtrum quidquid modo dix-
erit gloſ. in Verſ. ſecundum, ex qua tamen vnum obiter
notabitis, ad quod ſolet hæc glo. allegari pro ſingulari,
12. ſecundum Aret. hic poſt Bald. qui dicit eam alibi non
reperiri

reperiri in l. actori in fi. C. reb. cred. & Iaſ. in §.omniũ nu. 167. Infra de action. videlicet quòd ſententia lata ſuper libello inepto ratione actionis, vel incompetentiæ iudicis, eſt ipſo iure nulla, Declaremus hanc quæſtionem & primo quòad iudicis incompetentiam attinet, concludamus verum eſſe,quòd ſententia lata per iudicem incompetentem eſt ipſo iure nulla. ſic probat tex. hic allegatus per gloſ. in l. fin. C. ſi à non compet. iudice;limitatur tamen hæc concluſio, vt procedat ſolum, quando partes putabant iudicem eſſe competentem, quòd ſi ſciuerint eum eſſe incompetentem, & coram eo litigauerint tunc eius ſententia valet, quia partes videntur eius iuriſdictioni conſenſiſſe. vt probat tex.in l. 2. in princ. ff. de iudic. & Can. in c. P. & G. de offici. delegati. Quoad verò ad incõpetentiã actionis attinet, concluditur pariter quòd ſententia ſuper huiuſmodi actione lata, ſit ipſo iure nulla, ſic gloſ. hãc communiter intelligi & ad hoc allegari ſolitam fatetur Mar. Soz. in c. dilecti nu.47. Verſ.Angelus verò ex.de

13. libelli oblatio: vbi latè hanc queſtionem examinat. Sed contra hanc concluſionem obſtat tex. in l. 1. in princ. C. de rei vxor. actio. vnde colligunt ſcribentes hanc concluſionem, quòd expreſſio inepta eorum,quæ neceſſaria non ſunt, actum non vitiat, ſed actionis nomen in libello non eſt neceſſario exprimendum. c. dilecti de Iudic.nec etiam de conſuetudine exprimi ſolet teſte Bart. in l. 1. de edend. ſufficit .n. quod libellus ſit ita concludens,vt ex eo reſultet actio, ergo ſententia lata ſuper incompetenti actione valere debet. vt tradit Bart. in d. l. 1. nu. 17.& ſeq.Pro reſolutione tñ,& concordia prædictorũ diſtinguite hoc modo: Aut actio eſt inepta ratione eius nominis, aut ratione concluſionis, ex qua ipſa reſultat. Priore caſu ſententia lata ſuper huiuſmodi actione valet, & ita procedit oppoſitum, & doctrina Bart. in d. l. 1. de eden. Exemplum dico in libello quòd vendidi tibi fundum pro centum, & tradidi, ſed centum non ſoluiſti, quare peto te condemnari ad dicta cẽtum, & ad hoc propono actionem ex locato,

cum debuiſſem actionem ex vendito proponere, hoc caſu proceſſus eſt concludens, ſed error eſt in nomine actionis, tamen valet ſententia ſuper huiuſmodi actione lata. Poſteriore verò caſu, ſi actio eſt inepta, non ratione nominis, ſed concluſionis, vt quia libellus non ſit ita concludens, & clarus, vt ex eo poſsit reus deliberare, velitne cedere, vel contendere, tunc procedit concluſio gloſ. noſtræ, quòd ſententia lata ſuper incompetenti actione ſit nulla. Stat igitur firma concluſio gloſæ, quòd ſententia lata ſuper libello inepto ratione incompetentiæ iudicis, vel actionis; ſit ipſo iure nulla. Amplio hanc concluſionem adeo veram eſſe, vt nec poſsit per ſententiam ſuperioris confirmari, & validari, niſi proceſſus fuerit denuò formatus, & nouus concludens libellus productus, vt probatur per Aret. hic nu. 10.
14. In dubio tamen libellus præſumitur aptus, non ineptus & eius interpretatio fieri debet per ipſum libellantem & pro ipſo libellante l. ſi quis intentione ambigua, ff. de Iudic. & traditur per Bald. in repet. l. edita nu. 45. C. de eden. Bart. & dd. in l. ſi olei C. locati.
Habita declaratione diffinitionis quia veritas hinc inde
15 excitata magis explendeſcit in lucem c. graue 35. q. 9. ideo contra diffinitionem arguo cùm Acccurſ. in gloſ. 1. à ſufficienti partium enumeratione, quod argumentum in iure noſtro validum eſſe probatur, exemplo Imperatoris in §. 1. Infra de oblig. quæ ex quaſi contractu, inducitur ad hoc propoſitum tex. iuncta gloſ. in l. filius §. filius familias miles ff. de lib. & poſthum. & latè de hoc arguendi modo apud Euerard. in loco à ſufficienti partium enumeratione. Nam ſi nullam neq; naturalem, neq; ciuilem, neq; mixtam obligationē hic diffiniri probauero, vtiq; habebo intentum, quòd bona non ſit Imperatoris diffinitio. Ita dixiſſe viſus eſt Accurſ. hic In gloſ. 1. Et primò quòd non diffiniatur naturalis ſola, probatur: quia ſola naturalis non habet effectum adſtringendi cùm neceſsitate ſolutionis, de quo in diffinitione vt latè ſupra circa effectus naturalis ſecundariæ dictum eſt, Secundò, quod non diffiniatur

tur ciuilis ſola, probatur pariter ab effectu, nam licet ſola ciuilis producat & conſeruet actionem, vt ſupra circa eius effectus latè dictum eſt, non tamen habet effectum exigendi, quia actio per exceptionem
16. excluditur. Tertio & vltimò, quòd non diſfiniatur mixta, probat Accurſ. hoc modo, quia nec mixta ſemper habet effectum exigendi, de quo in diffinitione, nam ſi fiat pactum de non petendo cum eo, qui erat ciuiliter, & naturaliter obligatus, tollitur naturalis, & remanet ciuilis inefficax. l. ſi vnus §. pactus ne peteret ff. de pact. & l. ſtichum, aut Pamphilum §. naturalis ff. de ſolutio. Verùm quia hæc poſterior argumenti pars non concludit, cùm poſt ſublatam naturalem, mixta amplius non ſit: ſufficit .n. ad probandum, quòd mixta hic diffiniatur, eam, dum mixta eſt, habere effectum exigendi: Ideo ineuitabiliter probo argumentum alio modo. Nam in caſu quando obſtat exceptio ſenatuſconſulti Macedoniani, & Velleiani, eſt nata vtraq; obligatio, nullam .n. prædictæ exceptiones obligationem perimunt aduerſus propriam exceptionum naturam, iuxta tex. in l. quæcunq; de compenſ. ſed petitionem dari impediunt, vt probatur in l. 1. iuncta ibi glo. in verbo petitio. ff. ad Macedon. & communiter dd. admittunt hic in gloſ. neceſsitate. Ecce igitur ſicuti eſt dare mixtam obligationem, non tamen eſt dare vinculum, quod adſtringat cum neceſsitate ſolutionis, quia exceptiones dictorum Senatuſconſultorum, prohibent dari petitionem ex præcedenti, licet mixta obligatione competentem. Ad hoc argumentum retenta opinione communi, quòd obligatio mixta hic diffiniatur, quæ ſola habet effectum adſtringendi cùm neceſsitate ſolu-
17. tionis, vt in diffinitione. Reſpondeo, quòd res debet diffiniri prout eſt ſubſtantia, non ſecundum qualitatẽ accidentium, vt probatur exemplo Imperatoris in diffinitione matrimonij, de qua ſupra in §. 1. de patria poteſtate, vbi matrimonium diffinitur vti indiuiduum iuxta eius ſubſtantialem naturam, nemini tamen dubium eſt quòd lege permittente ex accidenti redditur

diuiduum

diuiduũ toto tit. C. de diuor.& repud. In propoſito igitur, regulariter mixta obligatio, iuxta ſui ſubſtantialem naturam, eſt ad exigendum efficax, licet modo in caſu Macedoniani, & Velleiani Senatuſconſulti ſit inefficax: hoc procedit ex accidenti; quòd in diffi-
18 nitionibus non attenditur. Hinc Fab. hic in gloſ. neceſsitate nu. 21. Bell. nu. 30. & Tob: nu. 32. per hanc rationem dicebant, quòd non ſolum mixta hic diffiniatur obligatio, ſed etiam ciuilis ſola, & naturalis ſola, in caſibus, in quibus obſtat aliqua exceptio, vel pacti de non petendo, Iureiurandi, rei iudicatæ, vel aliæ, de quibus Inſ. de except. quia ſi exceptio aliqua non opponatur, exactionem pariet, ſed opponere, vel non opponere exceptionẽ eſt accidens, ergo illud in diffinitione non debet attendi. Vnde naturalis & ciuilis ſola ſecundum eos hic diffinita reperiretur in caſibus, in quibus nulla aduerſus eas reperiretur oppoſita exceptio. Sed retenta communi opinione, quòd mixta hic diffiniatur, reſpondeo ad contrarium, retorquendo Argumentum Fabri, & aliorum. & primò quantùm adhoc, quòd res debeat diffiniri prout eſt ſubſtantia, non ſecundum qualitatem accidentium, admitto: ſed quia 5
eſſentialis natura ciuilis aut naturalis ſolæ, non eſt parere actionem, & exactionem, vt ſupra ſuo loco diximus circa eorum effectus, ideo eis non conuenit diffinitio, de qua per Imperatorem hic, vnde ſequitur, quòd opponere vel non opponere exceptionem non ſit accidens præter ſubſtantialem naturam ipſarum obligationum contingens. Bene econtra eſſet accidens ſi ciuilis ſola, aut naturalis ſola exactionem producerent, quia hoc eſſet aduerſus ipſarum obligationum ſubſtantialẽ naturam, vt ſupra circa earum effectus latè habuimus, & propterea reſponſio prædicta, quòd accidentia in diffinitione non debeant conſiderari, militat ſolum in caſu Macedoniani & Velleiani vt ſupra, vbi licet adſit mixta obligatio, ea tamen aduerſus ſui ſubſtantialem naturam non neceſsitat ad ſoluendum prout in diffinitione habetur. Toll. hic ſub nu. 54. fuit in opinione à 22

prædictis diuerſa, quòd immò nulla in ſpecie hic diffiniatur obligatio, ſed potius quædam in genere conſiderata, ſub qua omnes obligationes tam naturalis q; ciuilis comprehenduntur, tanquam eius ſpecies. nam ſi dixerimus aliquam in ſpecie hic diffiniri obligationem, bona non erit diffinitio, cum ea in genere tradi debeat. vt probat tex. in §. his igitur ſupra de inſt. & iure. vbi poſtq; Imperator diffiniuerat iuſtitiam & iuriſprudentiam ait, his igitur generaliter cognitis, quaſi quòd ea, quæ traduntur per diffinitiones dicantur in genere tradita, nec obſtat inquit ipſe, qnòd mixta obligatio huic diffinitioni conueniat, quia hoc eſt per quandam neceſſariam conſequentiam, non autem principaliter, vt in ſimili dicunt philoſophi, quorum opiniones ſunt attendendæ iuxta ea, quæ dicunt ſcribentes in l. 1. ff. ſi cert. pet. & in §. item prætium Infra de emp. & vend. Hæc diffinitio: homo eſt animal rationale, eſt in genere tradita & in communi, ita vt hic non diffiniatur Petrus, vel Martinus, aut alius, tamen, quia huiuſmodi Petrus & Martinus ſunt indiuidua, continentur ſub illa diffinitione in neceſſariam quandam conſequentiam; ſed te-
20 nendo communem opinionem dicere poſſumus, quòd cùm ſola mixta huic diffinitioni conueniat, ſola etiam mixta in genere diffiniatur: quæ omnes mixtæ obligationis ſpecies comprehændat, ipſa .n. ſola eſt, quæ adſtringit ad ſoluendum, vt in diffinitione, nam ſola ciuilis, vel naturalis ſola non adſtringit ad ſoluẽdum, vt ſupra circa earum effectus latè habuimus. Nec intereſt quòd diffinitio debeat in genere tradi, quia defenditur hæc diffinitio ex eo, quòd omnem mixtæ obligationis ſpeciem comprehendit, differunt .n. inter ſe plurimum in ſubſtantia naturalis, & ciuilis ſola, à mixta obligatione: Ideo vnica diffinitione comprehendi nequeunt, ſed Petrus & Martinus non differunt in hoc, quòd ſint homines, & ſic animalia rationalia, ſed ſolum in nomine differunt, ideo vnica hominis diffinitione comprehendi poſſunt.

Secundo principaliter aduerſus hanc diffinitionem arguo

cùm Accurſ. in eadem glo. 1. hoc modo, omnis diffinitio, ad hoc vt ſit bona, debet poſſe conuerti cùm ſuo diffinito l. 1. §. dolum ff. de dolo malo, adeo vt vbi eſt iuris vinculum neceſsitate adſtringens ad aliquid ſoluẽdum, ibi quoq; ſit obligatio & econtra, vbi eſt oblig., ibi quoq; ſit iuris vinculum neceſsitate adſtringens ad aliquid dandum, vel faciendum, ſed iſta non eſt talis, ergo. Et primo quòd ſit dare obligationem vbi non eſt iuris vinculum neceſsitate adſtringens ad ſoluendum, probo, quia naturalis obligatio ſola, obligatio eſt, non tamen eſt iuris vinculum neceſsitate adſtringens ad aliquid dandum, vel faciendum, vt ſupra habuimus circa eius effectus. Idem Accurſ. ſoluit argumentum, dicens; ineſſe fallatiam in dictione Obligatio, Verum etenim eſt, quòd vbi non eſt iuris vinculum neceſsitate adſtringens ad ſoluendum, ibi non eſt obligatio ſcilicet mixta; ſed ſi dixerimus ibi nulla eſt obligatio, hoc eſt falſum quia poteſt adeſſe naturalis ſola, & ciuilis ſola, quæ obligationes quidem ſunt, licet non adſtrin-
22. gant debitorem cùm neceſsitate ſolutionis. Quòd verò econtra ſit dare iuris vinculũ neceſsitate adſtringens, vbi nulla eſt obligatio, probo dupliciter: primo quia iudicis officium nullam ſupponit obligationem l. qui per colluſionem ff. de action. emp. in fi. l. quinctus ff. de annuis legat. Bart. in l. 1. nu. 10. & ſeq. ff. de iuriſdic. omnium iud. Sed ſi aduocati, medici, obſtetrices, nulla præcedente conuentione inſeruierint, eum tamen cui inſeruierunt, cogere poſſunt, vt eis ſatisfaciat l. 1. ff. de var. & extraord. cogni. Eſt ergo dare iuris vinculum neceſsitate adſtringens, vbi nulla eſt obligatio. Secundo probo argumento realis actionis, nam qui rem aliquam poſsidet ſi à vero domino rei vendicatione conueniatur neceſsitate adſtringitur rem, quam poſsidet
23. reſtituere l. qui reſtituere ff. de rei vendic. hic tamen non obligatus dicitur, quia actio realis ſupponit non quidem obligationem, ſed dominium §. 1. Infra de action. vbi dd. Sed ſuſtinendo diffinitionem reſpondeo, quòd immò officium iudicis, & actio realis aliquam

ſupponunt obligationem de iudicis officio. probo ex Bart. in l. fi. ff. de iniur. vel aliter reſpondeo, non eſſe obligationem quæ adſtringat, ſed ipſum iudicem, de actione verò reali, quòd ipſa aliquam ſupponat obligationem; probo ex tex. in d. §. 1. Infra de action. vbi actio diffinita diuiditur in realem, & perſonalem, & tamen actio ſupponit debitum, & ſic obligationem, ſine qua deberi quid non poteſt; nam ſuppoſito & probato dominio ex parte agentis, ac detentatione, ex parte rei, ſtatim remanet obligatus rem reſtituere. Vnde hoc modo etiam actio realis ſupponit obligationem.

Tertiò, & vltimò contra hanc diffinitionem arguo ex Bell. 24. hic ſub nu. 6. bona diffinitio non debet eſſe per effectus cōcepta, vt probat Bart. in l. 1. de appel., aliud.n.eſt ipſius obligationis ſubſtātia, aliud effectus, ſicut & aliud eſt cauſſa, aliud cauſſatum. l. & an eadē §. actiones. ff. de exceptio. rei iud. nam obligationis effectus eſt, qđ aliqs adſtringatur. Tob. hic ſub nu. 4. admittit, quòd hæc diffinitio ſit per effectus concepta, ex eo tamen ipſam defendit, quia vult hunc effectum eſſe intrinſecum, qui immediatè ſequatur rem diffinitam, & ab ea ſeparari nequeat. Sed melius crediderim poſſe reſponderi, negando quòd hæc diffinitio ſit per effectus concepta, cùm immò ſubſtantia obligationis in eo conſiſtat, quod quis adſtringatur, vt ait I. C. in l. obligationum ſubſtantia ff. de action. & obligatio.

MIXTA OBLIG. QVALITER CONTRAHATUR, & ea iam contracta vna ſpecies ab altera diſtrahatur, altera remanente.

1. Mixta obligatio componitur ex naturali & ciuili ſimul iunctis.
2. Obligatus is propriè dicitur, qui exceptione ſe tueri nequit.
3. Mixta obligatio producit effectum agendi, & exigendi.

1. Hæc

1. HAEc obligatio tunc demum contrahitur quando ad aliquam perſonam obligandam, ſimul concurrunt naturalis obligatio, & ciuilis ſimul, conſenſus ſcilicet contrahentium, ſiue naturalis æquitas, & auctoritas ſubſcriptio, ſiue ad ꝓbatio iuris ciuilis, vt contingit in omnibus contractibus, vel quaſi, delictis, vel quaſi; Do exemplum de mixta ex contractu; Si tecum contraxero puta vendendo, vel emendo, ſtatim vbi conuentum eſt inter nos de merce & prætio ſumus ad inuicem naturaliter obligati, alter ad pretium numerandum, alter ad rem tradendam, propter conſenſum, & naturalem æquitatem ſeruandæ fidei; ſed quia ius ciuile adprobauit hanc conuentionem, vt Infra toto tit. de emp. & vend. ideo obligamur etiam ciuiliter ad id ſeruandum, de quo in conuentione: adeo vt ex hac obligatione naturali & ciuili ſimul, oriatur deinde actio empti, qua venditor compelli poteſt ad rem venditam tradendam l. ex empto ff. de actio. emp. & actio venditi, qua emptor & ipſe ad pretium numerandum compelli poteſt l. Iulianus §. ex vendito. ff. eo. adeo vt, re licet adhuc integra, non ſit locus pœnitentiæ, niſi vtroq; contrahentium conſentiente, & hæc propriè dicitur obligatio, vt probat tex. in l. vel obligatus §. obligatum ff. de liberali cauſſa, obligatum, inquit ibi tex.
2. accipere debemus eum, qui exceptione ſe tueri nequit. Cæterum ſi ſe exceptione tueri poteſt, vt quoties aduerſus obligatum agitur, vel naturaliter tantum, vel ciuiliter tantum, propriè hic obligatus non dicitur, fa-
3. cit tex. in l. debitor. ff. de verb. ſig. Habet igitur hæc obligatio effectum non ſolum agendi, ſed etiam exigendi. Qualiter nunc mixta obligatio ex quaſi contractu, delicto, vel quaſi contrahatur, habebimus Infra circa ſecundam diuiſionem mixtæ obligationis, ideo ad ea, de quibus ibi, me remitto.

Qualiter

QVALITER DISTRAHATVR.

1. Nihil tam naturale eſt, quin eodem vinculo, quo colligatum eſt, eodem quoq; diſſolui poſsit.
2. Naturalis obligatio, ſicut ex conſenſu, & naturali æquitate cauſſatur, ita ex diſſenſu & contraria æquitate diſſoluitur.
3. Quare ciuilis obligatio ſemper tollat ciuilem.
4. An naturalis obligatio ſemper tollat naturalem latè diſcurritur vſq; ad finem quæſt.
5. Sicut in bello qui fortior eſt vincit, ſic & validior æquitas in diſcordia debiliorem ceſſare facit.
6. Qualiter intelligendum ſit, quod ſententia, & res iudicata pro veritate habetur.
7. In caſu Senatuſconſulti Maced. & Velle. eſt nata vtraq; obligatio.
8. Ratio quare exceptiones Senatuſconſulti Maced. & Vel. non tollant naturalem obligationem ex contractu mutui, aut ſtipulatione cauſſatum.

QVia nihil tam naturale eſt, quin eodem vinculo, quo colligatum eſt, eodem quoq; diſſolui poſit l.nihil tã naturale.de reg.iur.l.prout quiſq; .ff.de ſolutio.Ideo poſtquam vidimus qualiter vtraq; naturalis ſcilicet, & ciuilis ſimul introducitur: hoc porrò non omittendum fieri poſſe, quòd vna ſpecies ab altera diuellatur altera remanente, vtcunq; hæ ab initio contractæ fuerint. Propterea ſicut ex iuris ciuilis diſpoſitione inducitur
2. ciuilis obligatio, ſic ex contraria deinde tollitur, & ſicut naturalis inducitur ex conſenſu, vel naturali æquitate, ſic ex diſſenſu & contraria equitate diſſoluitur. quo fit, vt ciuilis obligatio tollere poſsit ciuilẽ §.fi.ſupra de legit. agnat. tutel. & naturalis naturalem l. Stichum, aut Pamphilum §. naturalis ff. de ſolutio. quod tamen an perpetuò verum ſit videamus. qua in re diſtinguendũ arbitror cùm Bart. in l. Iulianus nu. 31. iuncta l. 1. nu.
3. 19. ff. de condic. indeb. hunc in modum. Sed ad intelligentiam

telligentiam diſtinctionis præmitto, quæ ſupra dicta fuerant circa cauſſas ciuilis obligationis ſolæ, & naturalis ſolæ, quòd ciuilis obligatio ex vnico tantum fonte deſcendit, iuris ciuilis ſcilicet diſpoſitione, naturalis vero ex naturali æquitate dupliciter conſiderata, in ſpecie ſcilicet & in genere, ſiue in communi, prout latè ſupra habuimus ſuo loco. In propoſita igitur quæſtione diſtinguite: Aut quærimus an ciuilis obligatio tollat ciuilem. Vel an naturalis naturalem. Priore caſu, quia ciuilis obligatio ex vnico tantum fonte prouenit, iuris ſcilicet ciuilis diſpoſitione. Ideo pro regula notandum vobis trado. quòd ciuilis obligatio ciuilem tollere poteſt d. §. fin. ſupra de legit. agnat. tut. ibi ciuilis ratio ciuilia quidem iura corrumpere poteſt, naturalia vero nō vtiq;, hinc eſt quòd ſententia abſolutoria lata pro reo contra actorem, qui debitum fortaſis non probauit, tollit ciuilem, remanente naturali; ſecundum gloſ. in §. Item ſi in iudicio Infra de excep. & probat tex. in l. Iulianus ff. de condic. indeb. ibi natura tamen debitor manet. vbi Bart. nu. 29. & ſeq. Ratio eſt, quia obligatio, quæ oritur ex ſententia eſt ſecundum noſtræ ciuitatis iura, & ſic ciuilis ſola: meritò igitur poterit aliam
4. ciuilem tollere. Poſteriore verò caſu, ſi quæramus an naturalis obligatio tollere poſsit naturalem: Diſtinguite; Aut poſterior naturalis obligatio erat paris vel minoris potentiæ, quàm prior; vt quia poſterior proueniebat à principijs potentioribus, tunc do vobis pro regula notandum, quòd naturalis tollit & elidit naturalem, quæ paris eſt vel minoris potentiæ. Exemplum, eram tibi obligatus naturaliter & ciuiliter ex contractu, fecimus pactum de non petendo, hæc poſterior naturalis obligatio ex pacto proueniens tollit priorem, quæ ex contractu deſcendit, iuxta tex. in l. ſi vnus §. pactus ne peteret. ff. de pact. Ratio eſt, quia naturalis obligatio, tàm quæ ex contractu, quàm quæ ex pacto prouenit, ambæ ſunt paris potentiæ, quia ex eodem fonte, conſenſu ſcilicet, & æquitate ſeruandæ fidei deſcendunt, hinc eſt, quòd ſi ex contractu agatur obſtabit exceptio

pacti de non petendo, de qua in §. præterea infra de excep. Aut poſterior naturalis obligatio erat minoris potentiæ quàm prior, vt quia prouenicbat ex eo capite naturalis æquitatis in genere conſideratæ & in communi, quæ vult ſuperioribus obtemperandum eſſe: tunc do vobis pro regula notandum, quòd poſterior naturalis obligatio non tollit neq; elidit priorē. argum. l. nihil tam naturale de reg. iur. Immò amplius prior, quæ maioris eſt potentiæ, ſi non tollit poſteriorem, ſaltem in-
5. ualidat & vincit eam, nam ſicut in bello, qui fortior eſt vincit, ſic & validior æquitas, quæ immediatius cauſſatur in perſona ipſius obligati in diſcordia, vincit eam, quæ cōſideratur in communi quoad effectus, quos ceſſare facit; licet .n. principia naturalia diſſentire non poſsint, illationes tamen, & concluſiones, quæ inde cauſſantur, diſſentire poſſunt. vt colligi poteſt ex l. bona fides. ff. depoſiti. Exemplum: eram tibi obligatus naturaliter, & ciuiliter ex contractu aliquo, egiſti aduerſus me in iudicio vt me cogeres ad ſoluendum, fui abſolutus per iudicis ſententiam, quæ in rem iudicatā tranſiuit, vt quia fortaſsis non probaſti debitum, licet modo ſententia inducat non ſolum ciuilem obligationem propter iuris ciuilis diſpoſitionem, quæ, vt ſupra dixi, tollit ciuilem, ſed etiam naturalem inducat prouenientem ex ea æquitate in genere & in communi conſiderata, quæ vult parentibus & ſuperioribus, ſiue magiſtratibus parendum eſſe: & ſic ſententiæ, quæ eſt diſpoſitio ſuperiorum, quatenus ſuperiores mandant ei parendum eſſe iuxta regulam .l. res iudicata de reg. iur. Tamen hæc naturalis poſterior non tollit neque elidit priorem: immò prior tamq; potentior impediet effectus poſterioris: adeo vt perinde ſit, ac ſi nulla ex ſententia naturalis oriretur obligatio: quo fit vt ciuilis tollatur per ſententiam, naturali remanente d. l. Iulianus in princ. ibi natura tamen debitor permanet. Quod ſi fuiſſem tibi obligatus naturaliter, & ciuiliter non ex contractu; ſed ex ſententia; tunc hæc naturalis poſterior bene tollitur per priorem, quia naturalis tam

precedens

6. præcedens quàm ſubſequens ſunt paris potentiæ. Nec obſtat ſi dicatur, quòd ſententia & res iudicata pro veritate habetur. l. ingenuum ff. de ſtatu. hom. & de albo nigrum, ac de non ente ens facere poteſt, vt tradunt dd. in l. res iudicata. de reg. iur. ita vt videatur poſſe non ſolum ciuilem, ſed etiam naturalem per ſententiã tolli: quia reſpondetur vt ex Bald. declarat Cagnol. in d. l. res iudicata de reg. iur. quòd hoc intelligitur inſpecto eius effectu & exitu, non autem eſſentialiter. nam cùm iam reclamari aduerſus rem iudicatam non poſsit, perinde erit, ac ſi verum eſſet id quod iudicatum eſt. Vnde licet non amplius poſsit debitor abſolutus compelli ad ſolutionem poſt ſententiam non tamen ſequitur naturalem obligationẽ ſublatam eſſe: & propterea adhuc actio durat d. §. item ſi in iudicio Infra de excep. Vnde ſequitur firmam eſſe cõcluſionem, de qua ſupra, quòd quãdo poſterior naturalis obligatio eſt minoris potentiæ, quàm prior, tunc eam non tollit neq; inualidat. Immò econtra, prior tanquã potentior im-
7. pedit effectus poſterioris. Comprobo hanc concluſionem ex tex. in l. 1. in princ. iuncta ibi glo. ff. ad Maced. vbi communiter dd. admittunt in caſu, quando obſtat excep. Maced. Senatuſconſulti: vt ſi quis dederit pecuniam mutuo filiofam. in patris poteſtate conſtituto. Vel in caſu quando obſtat exceptio Vellei. vt ſi mulier pro aliquo de facto interceſſerit, his ſenatuſconſultis non obſtantibus vtranq; obligationẽ natam eſſe. Tamẽ ad id non faciendum, quod Maced. & Velleianum ſenatuſconſultũ fieri prohibet, obligamur nõ ſolum ciuiliter, ſed ẽt naturaliter ex ea æquitate, quæ vult ſuperioribus
8. & magiſtratib⁹ eſſe parendum. Quænã ergo erit ratio, quod iſtæ exceptiones Maced. & Velleiani ſenatuſconſulti non tollant obligationem naturalem ex contractu mutui, aut ex ſtipulatione cauſſatam, ſine qua fideiuſſor non obligatur: Reſpond. Bart. in l. 1. nu. 28. ff. de cond. indeb. quia naturalis proueniens ex Maced. & Velleiani ſenatuſconſulti diſpoſitione non eſt tantæ potentiæ, quantæ eſt præcedens, quæ ex conſenſu & æqui-

tate in ſpecie cauſſatur. Hinc datur intelligi tex. in l. 1. ff. de doli excep. verſ. ideo autem.

QVOTVPLEX SIT MIXTA OBLIGATIO, & quæ ſint ſingulæ eius ſpecies. Ex §. omnium colligitur prima diuiſio mixtæ obligationis à cauſſa efficienti deſſumpta.

1. Prima diuiſio mixtæ obligationis à cauſſa efficienti deſumitur.
2. Dictio ſumma exponitur, id eſt breuis, vel ſumma id eſt prima.
3. Quinq; requiſita ſimul cum diffinitione diuiſionis, & eius effectibus.
4. Ius prætorium dicitur eſſe viua vox iuris ciuilis.
5. Ius ciuile ſumitur tripliciter.
6. Genus non extenditur ad ſpecificata.
7. Ratio quare Imperator nullam mentionem fecerit in hoc tit. de generali obligationum diuiſione.
8. Genus debet verificari in qualibet ſui ſpecie.
9. Quod tam in ciuili, quàm in prætoria obligatione adſit mixta obligatio, latè probatur vſq; ad nu. 14.
10. Quòd confirmans cenſeatur dare, qualiter hoc procedat, & nu. ſeq.
11. Paria ſunt aliquid de nouo inducere, & iam inductum comprobare auctoritate ſua.
12. Mixta obligatio quòd poſſit ciuilis appellari, nomine deſumpto à iure, quod potentius agit & formam præſtat.
13. Ius prætorium dicitur viua vox iuris ciuilis.
14. Prætor naturalem æquitatem præ oculis ſemper habet.
15. Ciuiles obligationes, ex quibus iuris ciuilis partibus deſcendant.
16. Obligationes prætoriæ, quæ dicantur.
17. Differentia inter ciuilem, & prætoriam obligationem.

DVas, hæc obligatio, patitur diuiſiones principales, cæterùm Imperator ſubdiuidendo procedit, quarum prior hæc eſt, vt omnium obligationum aliæ ciuiles ſint, aliæ verò prætoriæ. Hanc diuiſionem à cauſſa efficienti deſumptam dixit poſt Port. Tol. hic nu. 27. quia ſcilicet cauſſa efficiens ipſarum obligationum ſit ius ciuile, & prætorium: vtrunq; .n. aliquid præcipiendo vinculũ obligationis inijcit hominibus, ita vt ad aliquid dan-
2. dum, vel faciendum compelli poſsint. Summam obligationum diuiſionem hanc appellat Imperator, vel quia prior ſit, vel quia breuis, nam in duo tantum deducitur capita, ita exponit Accurſ. hic & in l. 1. de rerum diuiſ. & ſupra de iure perſon. in princ. Omnium verò, non quia omnium omnino prior hæc ſit diuiſio, ſed omnium ſcilicet obligationum efficacium, de quibus tractare intendit Imper. hoc tit.

3. Hinc obiter notabitis ex Accurſ. hic in gloſ. verſ. diuiſio, iunctis his, quæ ibi tradit Tob. diffinitionem diuiſionis, & requiſita vnà cum eius effectibus. Diuiſio, inquit Accurſ. eſt innumerabilis materiæ breuis compoſitio. Vel ſecundum Aldobr. ibi, eſt alicuius totius vniuerſalis aut integralis ſufficiẽs & diſtincta partium adſignatio. Quinq; autem ſunt quæ ad bonam diuiſionẽ conſtituendam copulatiuè concurrere debent, quorum primum eſt, quòd omnes rei ipſius, quæ diuiditur partes eſſentiales contineat, vt probatur ex l. filius. §. filiusfam. miles, iuncta ibi gloſ. ff. de liber. & poſth. maximum .n. eſt vitium vt inquit Tul. lib. officiorum primo, aliquid diuidendo præterire. Secundum eſt, vt nulla pars ſit in diuiſione ſuperflua; facit gloſ. in verſ. quamius. Infra de action. in princ. vbi dd. & tradit Quinctil. lib. 4. cap. vltimo in fi. Tertium requiſitum eſt, vt fiat per partes ſibi inuicem oppoſitas §. 1. ſupra de iure perſon. iuncta l. 1. in princ. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iuriſ. ita vt partes diuiſionis non ſint eiuſdem, ſed cõtrariæ naturæ; vt not. Iaſ. in §. actionũ. Infra de actio. dum vult quòd bona non ſit actionum diuiſio ibi ab Imperatore tradita, quatenus dixit actionum, alias eſſe

bonæ fidei, alias verò ſtricti iuris; quia debuiſſet iuxta prædicta dicere alias eſſe bonæ fidei, alias malæ fidei, vel alias eſſe largi iuris, alias verò ſtricti iuris. Quartum, quod fiat per partes ſubſtantiales ſeu eſſentiales, non autem accidentales, cùm rei ſubſtantia non accidens in diuidendo, conſiderari debeat, vt per Gomeſ. in d. §. actionum, & probatur ex tex. iuncta gloſ. in §. in ſeruorum ſupra de iur. perſon. & gloſ. in verſ. anno §. quoties l. fi. ff. de publican. Quintum & vltimum requiſitum eſt, vt ſit bimembris, vt hic not. Aret. textum noſtrũ, licet ſit etiã dare diuiſiones continentes tria vel plura membra. vt l. 1. §. interdictorum ff. de interdictis l. 1. in princ. de prætor. ſtipul. Habet hæc diuiſio ita vt ſupra concepta tres potiſsimum effectus, de quibus in glo. prohemij ſupra in §. pen. nam legentis animum incitat, mentem intelligentis præparat, memoriamq; artificioſe reformat, Immò, vt inquit Sal. in præfatione Codicis, qui bene diſtinguit, & bene diuidit, hic proximus eſt veritati.

Redeundo nunc ad diuiſionem obligationis hoc loco traditam, contra eam arguo: & primum, de ſuperfluitate aduerſus regulas diuiſionis, ſed iſta eſt huiuſmodi ergo

4. &c. Probatur minor: quia ius prætoriũ dicitur eſſe viua vox iuris ciuilis l. ius autem ciuile cùm l. ſeq. ff. de iuſt. & iur. ergo ſuperflua eſt diuiſio, quatenus vult obligationum alias eſſe prætorias, cùm ſatis ciuilium appellatione comprehenderentur prætoriæ, arg. §. conſtat iuncto §. prætorum quoq; ſupra de iur. nat. gen. & ciu. Pro ſolutione ſic diſtinguite, quod ius ciuile tribus po-

5. tiſsimum capitur modis, largè ſcilicet pro omni eo quod de iure ſcriptum habemus; ſecundò reſpectiuè ad ius prætorium & ſic ſtrictè. Tertio ſtrictiſsime pro lege xii. tab. ita diſtinguit gloſ. in §. ius autem ciuile ſupra de iur. nat. Primo caſu ciuilis obligationis appellatione venit non ſolum prætoria, ſed etiã naturalis: quia ius ciuile ſimpliciter & latè ſumptũ nõ ſolum ius prætorium, ſed etiam naturale, & gentium, ac cætera omnia, quæ de iure ſcripta ſunt, complectitur. Hinc dixit

tex.

tex in l. 1. §. proinde ff. de var. & extraord. cognition. Eſt .n. ſanctiſsima res ciuilis ſapientia, quæ prætio nummario non eſt æſtimanda, & hoc modo non capitur in tex. noſtro. Secundo caſu, ſi reſpectiuè ponatur, cæteras omnes obligationes comprehendit, demptis his quarum reſpectu ponitur. arg. l. doli clauſula ff. de
6. verb. oblig. nam genus non extenditur ad ea, de quibus in ſpecie fit mentio, propterea, cùm in caſu noſtro ciuilis obligatio ponatur reſpectu prætoriꝫ, cæteras omnes comprehendit exceptis prætorijs, facit ad hoc tex. in §. fi. ſupra de iure nat., vbi res ponuntur reſpectiuè ad actiones. Vnde licet rei ſignificatio omnia comprehēdat, ibi tamen perſonas & actiones nō complectitur, quia earum reſpectu ponitur. & hoc modo ſumitur ciuilis obligatio in tex. noſtro pro omni obligatione dempta prætoria. quod ſi quæratur de ratione huiuſmodi diuiſionis, reſpondetur id factum fuiſſe ratione differentiæ, quæ inter prætorias & ciuiles obligationes inesse creditur, de qua Infra dicemus.

Secundò contra hanc diuiſionem arguo de inſufficientia, quod inſufficienti diuiſione vſus fuerit Imperator, cùm nulla in præſenti diuiſione fiat mentio naturalis obligationis iuxta ea, quæ ſupra dicta ſunt circa primam omnium obligationum diuiſionem, quo fit, vt per hanc diuiſionem aliqui tenuerint & male hic in §. primo, ſolam ciuilem fuiſſe diffinitam, quæ poſtea diuiditur in ciuilem & prætoriam. Sed reſpon. quòd intentio Imperatoris eſt diuidere obligationem efficacem, quæ propriè eſt obligatio l. vel obligatus §. obligatum ff. de liber. cauſſa. ſed naturalis obligatio ſola propriè non eſt obligatio, vt probat tex. in l. fideiuſſor obligari §. fideiuſſor accipi ff. de fideiuſſorib. Nec obſtat contrarium, quia prior illa generalis diuiſio, de qua ſupra in princ. reſpicit partes ad efficacem obligationem conſtituendam neceſſarias: hæc verò reſpicit ſpecies efficacis obligationis. quòd ſi de ratione quæratur, quare Imperator illius generalis diuiſionis nullam mentionē fecerit. reſp. Faber. hic nu. 2. & Port. hoc ideo factum,

7. quia cùm Imper. in hoc inſtitutionum volumine alloquatur adoleſcentes noluit eis aperire ſubtilia, eorum intellectus grauando. facit pro hac reſp. tex. in §. his igitur ſupra de iuſt. & iur. vbi à facilioribus inchoandũ eſſe admonet, Imperator.

Nunc ſupereſt vt circa hanc diuiſionem videamus an vnaquæq; eius ſpecies conſtet ſuis partibus, ciuilis ſcilicet & naturalis obligationis vinculo, nam cùm ſupra diffiniuerit Imperator mixtam obligationem, quæ vtroq; vinculo conſtat, tamq; genus in ciuilem & prætoriam
8. diuidit. Ideo tamq; genus in qualibet ſui ſpecie ineſſe debet, arg. l. ſi quid earum §. inter emptum de legat.
9. 3. & primo quòd in priori ſpecie ciuili ſcilicet obligatione, adſit vtrunq; vinculum, de ciuili non eſt dubium; de naturali probo hoc modo: Ciuiles ſunt, inquit tex. quæ aut legibus ſunt conſtitutæ, aut certo iure ciuili comprobatæ; quoad priores attinet ciuiles ſcilicet, quæ legibus ſunt conſtitutæ, negari non poteſt, in eis non dari naturalis obligationis vinculum: quia cùm ciuilis obligatio ponatur hoc caſu reſpectu prætoriæ, cæteras omnes obligationes hoc loci comprehendit, dempta prætoria, ergo & naturalem oblig. argum. d. l. doli clauſula & prout ſupra diximus. Quoad poſteriores verò pertinet ciuiles ſcilicet obligationes, quæ certo iure ciuili ſunt comprobatæ, neq; in eis dubium eſt, nõ adeſſe naturalis obligationis vinculum, nam adprobatio iuris ciuilis ſupponit obligationis alicuius ſubſiſtentiam, non .n. adprobari poteſt, quod non eſt, ſed iuris gentium obligationes ſunt, quæ à iure ciuili comprobantur l. legitima ff. de pact. & prout ſupra circa naturalem obligationem ſecundariam dictum eſt, ergo non ſolum in obligatione legibus conſtituta, ſed etiam in ea, quæ certo iure ciuili comprobata eſt, ineſt vtrunq;
10. vinculum, tàm naturalis, quàm ciuilis obligationis Vnde notat Aret. hunc textum in verbo comprobatæ, vbi denominatio obligationis fit à iure ciuili confirmante, quod confirmans cenſetur dare. Paria].n.
11. ſunt aliquid de nouo inducere, & iam inductum

com-

comprobare auctoritate ſua, vt hic & .l. 2. .§. ſed quia C. de veter.iure enucl. Declaratur hæc concluſio, vt procedat quoties confirmatum per ſe, ante confirmationem erat inualidum, vt in caſu noſtro vbi iuriſgentium obligationes per ſe erant inualidæ ad producendam actionem, iuxta tex. in l. iuriſgentium §. igitur nuda ff. de pact. exemplum in §. fin. vbi gloſ. ſupra de tut., facit tex. in l. obuenire ff. de Verb. Sig. Quòd ſi confirmatum per ſe validum erat, tunc confirmans per ſe non cenſetur concedere, vel dare, vt probat tex. in l. ſi donatæ in fin. ff. de donatio. inter virum & vx., notant Bart. & dd. in l. more ff. de iuriſdic. om-
12 nium Iudic. Vlterius not. Tol. nu. 59. hunc textum ad hoc, quòd mixta obligatio poterit ciuilis appellari nomine deſumpto à iure, quod potentius agit, & formam præſtat, argum. l. cùm queritur. ff. de ſtatu hom. & hæc de obligatione ciuili. Quòd verò in prætoria obligatione adſit vtrumq; vinculum, naturalis ſcilicet, & ciuilis obligationis, probo. & primò quòd adſit ciuile vincu-
13 lum patet, quia vt ſupra vidimus, ius prætorium dicitur viua vox iuris ciuilis l. ius autem ciuile cum ſeq. ff. de iuſtitia & iur. nam ſicut voce exprimitur cordis intentio, ita per prætorem exprimitur iuris ciuilis ſcientia. Immò ius prætorium pars eſt iuris ciuilis, ſic probat tex. in §. conſtat cùm ſeq. ſupra de iur. nat. vbi Imperator inter partes iuris ciuilis connumerat magiſtratuum, ſiue prætorum edicta: ſed vinculum ciuilis obligationis, ex iuris ciuilis diſpoſitione cauſſatur, ergo in prætoria obligatione ineſt ciuilis obligationis vinculum. Quòd verò in prætoria obligatione adſit vinculum naturalis obligationis, probo, quia, vt ſupra circa naturalem obligationem dictum eſt, naturalis obligatio oritur non ſolum ex conſenſu, ſed etiam ex naturali æquitate, at in obligatione prætoria ineſt
14 naturalis æquitas, cùm prætor non ſolum ſequatur æquitatem, ſed eam ſemper dicatur habere præ oculis l. quòd ſi æpheſi ff. de eo, quod certo loco; Ergo in obligatione prætoria ineſt non ſolum ciuilis, ſed etiam na-

turalis

turalis obligationis vinculum; à primo igitur ad vltimum patet, quòd tàm in ciuili, quam in prætoria obligatione adeſt vtrunq; vinculum, & ſic per conſequens mixta obligatio hic per Imperatorem in genere diffinita verificatur tanq̃; genus in qualibet ſui ſpecie, iuxta textum in alleg. l. ſi quid earũ §. inter emptũ de legat. 3.

Ciuiles igitur obligationes ſũt, quæ aut legibus ſũt cõſtitutæ, aut certo iure ciuili comprobatæ: huiuſmodi ſunt

15. quæ ex lege 12. tab. Plebiſcitis, Senatuſconſultis, conſtitutionibus principum, & reſponſis prudentum inductæ & approbatæ ſunt l. ius autem ciuile de iuſt. & iur. de quarum exemplis habetur hic in gloſ. huiuſmodi etiam ſunt obligationes ex conſuetudine inductæ: vt ex conſuetudine feudali deſcendentes: cùm conſuetudo pars ſit iuris ciuilis l. de quibus ff. de legib. §. ex non ſcripto iuncto §. conſtat, ſupra iure nat. Item obligationes, quæ ex iure ciuili priuato, ſtatutis ſcilicet ciuitatum cauſſantur, ciuilium appellatione continentur, ſtrictè ſumpta ſignificatione iuris ciuilis, cum & ipſa ſtatuta, iuris ciuilis appellatione comprehendantur §. ſed ius quidem ciuile, ſupra iure nat. gen. & ciuil.

Prætoriæ verò ſunt, quas prætor ex ſua iuriſdictione conſtituit. §. prætorum quoq;, ſupra de iure nat. gen. & ciuili.

16. Nam prætores olim maximam auctoritatem & iuriſdictionem Romæ habebant adiuuandi, ſupplendi, vel corrigendi iuris ciuilis gratia propter publicã vtilitatem l. ius autem ciuile §. ius prætorium ff. de iuſt. & iure. Huiuſmodi ſunt obligationes, de quibus hic in glo. Verſ. conſtituit. Huiuſmodi etiam eſſe videntur obligationes, quæ ex conſtitutionibus ducum, marchionum, epiſcoporum, comitum, & ſimilium perſonarum deſcendunt. vbi tamen huiuſmodi perſonæ non habeant adminiſtrationem iure proprio, ſed alieno. vt latè per Iaſ. in §. ſed iſtæ. nu. 27. & ſeq. vſq; ad nu-

17. merum 33. Infra de action. Plurimum autem intereſt vtrum obligationes ciuiles ſint, an verò prætoriæ, quia actiones ex ciuilibus obligationibus deſcendentes ſunt perpetuæ ideſt durant 30. annis l. ſicut. & l. omnes C.

de præſcription. 30. & 40. annorum Actiones verò, quę ex prętorijs obligationibus oriuntur, plerunq; annales ſunt præſertim pœnales. vt actio iniuriarum l. ſi non conuitij. C. de iniurijs. Ratio, quia prętoris magiſtratus, durabat ſolum per annum §. 1. Inſ. de perpet. & temporal. action.

SECVNDA MIXTA OBLIGATIONIS precipua diuiſio, ex §. ſequens à cauſſa materiali deſumpta.

1. Omnis oblig. aut ex contractu, vel quaſi, aut ex delicto, vel quaſi, prouenit.
2. An oblig. proueniens ex varijs cauſſarum figuris ſit quinta ſpecies nec ne & nu. 4.
3. Appellatione contractus venit omnis actus, ex quo oritur obligatio.
4. Idem eſt dicere quòd obligationes oriantur ex quaſi contractu, & quaſi delicto, vel quòd oriantur ex varijs cauſſarum figuris.
5. An contrahendo, vel quaſi, delinquendo, vel quaſi, naturaliter & ciuiliter obligemur, latè diſcurritur vſq; ad finem.
6. Non eſt dare contractum, qui in ſe conſenſum non habeat.
7. Etiam in contractibus à iure ciuili inuentis adeſt naturalis obligatio.
8. Quòd quaſi contrahendo naturaliter obligemur, latè probatur vſq; ad num. xi.
9. Aequum non eſt, quòd quis cùm aliena iactura locupletetur.
10. Hæres, adeundo hæreditatẽ, videtur fateri ſe oneribus hęreditarijs adſtrictum.
11. An delinquendo naturaliter obligemur, non ſolum ad pœnam damni dati, ſed etiam ad pœnam publicæ vindictæ, latè diſcurritur vſq; ad num. 17.
12. Delinquentem naturaliter ex conſenſu obligari,

aliqui crediderunt.

13. Natura quandam cognationem poſuit inter homines, ita vt nefas ſit hominem homini inſidiari.

14. Naturali ratione æquum eſt pœnas ob maleficia ſolui.

15. Sanctiſsimum officium eſt, ſi fiat iuſtitia de criminoſis.

16. Delinquendo quis non ſolum priuatum offendit, in quem delictum committitur, ſed etiam remp. ipſam ob malum exemplum.

17. An quaſi delinquendo naturaliter quis obligetur, latè diſputatur vſq; ad fin. iſtius diuiſ.

18. Naturalis æquitas non patitur, quòd quis puniatur ex delicto alieno.

19. Melius eſt nocentem dimittere, quàm innocentem condemnare.

20. Quando vnum determinabile duo vel plura reſpicit determinabilia, debet eadem pariformiter determinare.

21. In quaſi delictis obligamur ex facto proprio, non autem alieno.

22. Iudex malè iudicando per ignorantiam, facit litem ſuam.

23. Turpe eſt ignorare ius, in quo quis verſatur.

24. Publicè intereſt ſine metu, & periculo per itinera commeati.

25. Patris fam. officium eſt, reprimere delicta familiæ ſuę.

26. Aliquatenus culpę reus eſt, qui vtitur opera malorum hominum.

TRaditur hoc loco per Imperatorem ſecunda principalis diuiſio mixtę obligationis, quę ex materia vnde obligationes cauſſantur deſumpta eſt. Videlicet quòd omnes obligationes tàm naturalis ſola, quàm ciuilis ſola vel mixta prętoria, vel ciuilis ex contractu, vel quaſi, delicto, vel quaſi, tanq; ex materia pręxiſtenti cauſſantur, de quibus ſingulis ordine videamus, &

primo de his, que ex contractu oriuntur, nonnullis tamen, quę ad preſentis diuiſionis intelligentiam pertinent, prius declaratis.

Accurſ. hic in gloſ. in Verſ. ex maleficio ſupplet hanc di-
2. uiſionem tanq; inſufficientem allegando tex. in l. 1. ff. de action. & oblig. vbi ait Vlp., obligationes naſci ex contractu, & ex maleficio aut proprio quodam iure ex varijs cauſſarum figuris, ſed hic nulla in textu noſtro fit mentio obligationis, quę ex varijs cauſſarum figu-
3. ris deſcendit, ergo diuiſio Imperatoris eſt inſufficiens. Confirmatur quia appellatione contractus, venit quaſi contractus: immò lato ſumpto vocabulo venit etiã omnis actus, ex quo oritur obligatio l. omnem ff. de Iudic. Item appellatione maleficij ſaltem impropriè venit quaſi maleficium, ſiue quaſi delictum §. 1. Infra de oblig. quæ ex quaſi delicto naſcun. ergo obligatio ex varijs cauſſarum figuris proueniens, eſt quinta ſpecies addita his quattuor, de quibus hic per Imperatorẽ.
4. Ad obiectum reſpondeo ſecundum communiter dd. hic & in d. l. 1. quòd illa verba ex varijs cauſſarum figuris referenda ſunt ad quaſi contractus, & quaſi delicta, cum eorum loco ſuccedant, adeo vt idem in effectu fuerit dicere, obligationes oriuntur ex varijs cauſſarum figuris, ac ſi dixiſſet I. C. eas oriri ex quaſi contractu; & quaſi delicto: vt probatur ex diſcurſu ipſius tit. de action. & oblig. vbi poſtq; I. C. à l. 1. vſq; ad l. 4. incluſo dictæ l. principio tractauit de obligationibus ex contractu deſcendentibus, inde poſtea vſq; ad §. ſi iudex tractat de obligationibus ex quaſi contractu à dicto §. ſi iudex deinde vſq; ad finem dictæ l. 4. agit I. C. de oblig. ex quaſi maleficio deſcendentibus: nullibi autem fit mentio obligationum ex varijs cauſſarum figuris prouenientium. Comprobatur hæc ſolutio argum. à ſufficienti partium enumeratione quo vtitur tex. in l. ex maleficijs §. 1. & 2. ff. de action. & oblig. & in §. 1. Infra de oblig. quæ ex quaſi contractu. iuncto etiam §. 1. Infra de oblig., quæ ex quaſi delic. naſcuntur. quibus in locis arguendo his quattuor ſpe-

ciebus obligationum enumeratis, de quibus hic in textu remanet excluſa obligatio ex varijs cauſſarum figuris proueniens, quaſi quòd non detur inter obligationes; Nec obſtat ponderatio, vt ſupra facta ad verba ex contractu, & ex maleficio, quia propriè ibi, & ſtrictè, non autem impropriè capiuntur.

Redeamus nunc ad verba diuiſionis, & quia ſupponunt dd. communiter, quòd obligatio, vt ſupra ab Imperatore diffinita, ſit mixta, naturalis ſcilicet, & ciuilis ſimul

5. Item quia diffinitio, quæ tanq; genus iuxta textum in §. his igitur ſupra de iuſt. & iu. debet verificari in qualibet ſui ſpecie l. ſi quid earum §. inter emptum ff. de legat. 3. Ideo datur occaſio dubitandi dd. hic, an ex contractu, vel quaſi, delicto, vel quaſi, tanq; ſpeciebus ſub dicta diffinitione comprehenſis, oriatur mixta obligatio, & ſic an contrahendo, vel quaſi delinquendo, vel quaſi naturaliter, & ciuiliter quis obligetur: quòd ciuiliter obligetur non eſt dubium, cùm ciuilis oriatur ex iuris ciuilis diſpoſitione. Videamus ergo nunquid etiam naturaliter, examinando ſingulas ſpecies obligationis in preſenti diuiſione contentas.

Quòad primam ſpeciem attinet, obligationem ſcilicet, quæ ex contractu oritur, eam non modo ciuilem ſed etiam naturalem eſſe omnes admittunt, vt probatur ratione, primùm; quia naturalis obligatio vt plurimum ex conſenſu oritur l. 1. ff. de pact. l. 1. de conſt. pecun.

6. Sed non eſt dare contractum, qui in ſe conuentionem & conſenſum non habeat. d. l. 1. §. adeo. de pact. ergo non eſt dare contractum, ex quo non oriatur naturalis obligatio. comprobatur etiam auctoritate tex. in l. ſerui. ff. de actio. & obligationibus. vbi dicitur, ſeruos obligari ex contractu: ſed ſerui non obligantur ciuiliter, quia eo iure inſpecto habentur pro mortuis. l. quod attinet. ff. de reg. iur. ergo obligantur naturaliter quia eo iure attento omnes homines æquales ſunt d. l. quòd attinet. Ampl. non ſolum procedere in contractibus à iure gentium inuentis, & à iure ciuili adprobatis, ſed etiam in eis, quos ius ciuile inuenit. vide-

7. mus etenim quod ſtipulatio licet iuris ciuilis ſit, ea tamen conſenſu non caret. l. 1. §. ſi quis ita ff. de verb. oblig. & ideo nec naturali obligatione.

Quòad ſecundam ſpeciem attinet, obligationem ſcilicet,
8. quæ ex quaſi contractu prouenit eam non modo ciuilem ſed etiam naturalem eſſe credo. (quidquid dixerit Bart. in l. ex hoc iure nu. 17. ff. de iuſt. & iure tenens; quod ſolum ex quaſi contractu ſolutionis indebiti oriatur naturalis obligatio) Primò propter textum noſtrum, vt ſupra inductum, nam quia hic mixta obligatio diffinitur, ea tanquam genus in qualibet ſui ſpecie ineſſe debet. Secundò probo ex diſcurſu ſingularũ ſpecierum quaſi contractus, de quibus Infra tit. de oblig. quæ ex quaſi contractu, vt negotiorum geſtorum, ſolutionis indebiti, impenſarum in rem communẽ vtiliter factarum, & tutelę, ex quibus oritur naturalis obli-
9. gatio, ex ea æquitate naturali proueniens, quæ non patitur, quenquam cùm alterius detrimento fieri locupletiorem. l. nam hoc natura, ff. de condic. indeb. & ideo inde oritur actio negotiorum geſtorum directa, qua gerens poteſt conueniri ad rationes reddendas, & contraria, qua ille cuius negotia geruntur, conuenitur à geſtore ad reſarciendas vtiles impenſas, ſi quas in eius rem fecerit, cùm naturali ratione æquum non ſit, vt ille cuius negotia geruntur fiat locupletior cum iactura negotiorum geſtoris. Idem dicendum eſt de condictione indebiti, quæ oritur ex quaſi contractu ſolutionis rei indebitæ, de actione communi diuidundo, familiæ erciſcundæ, & tutelę, quę omnes eadem nituntur æquitate, quam ſupra retuli, ſi demum conſideremus quaſi contractum eius, qui adiuit hæreditatem, ex eo videbimus naturalem obligationem oriri propter
10. conſenſum adeuntis ſaltem tacitum, cùm videatur hæres tacitè fateri, ſe oneribus hæreditarijs adeundo adſtrictum. ideo ac ſi contraxiſſet, legatarijs ciuiliter, & naturaliter obligatur. §. hæres. Infra de oblig. quæ ex quaſi contractu, & l. 3. §. fin. ff. ex quibus cauſ. in poſſeſſ. eatur.

Quòad

Quòad tertiam verò ſpeciem attinet, obligatio ſcilicet,
11. quæ ex delicto naſcitur, an & ipſa naturalis ſit quæritur, de ciuili .n. non dubitatur. In hac queſtione reiecta opinione gloſæ in verſ. pœne .§. ius autem gentium ſupra de iure nat. ita communiter diſtinguitur, ſecundum Bal. in l. ex hoc iure nu. 59. vbi Iaſ. in fi. ff. de iuſt. & iure. Aut loquimur quòad pœnam damni dati reſarciendi, & delinquens obligatur naturaliter ex eo iuris
12. gentium præcepto, quod alterum non lædere iubet: Immò etiam ex conſenſu naturaliter delinquentē obligari, aliqui crediderunt per tex. in §. quia verò leonis. verſ. amatores periculi. Auth. de nō alien. aut permut. & in l. Imperatores ff. de iure fiſci ibi, ipſe te huic pœnę ſubdidiſti. quaſi quòd delinquendo ad pœnam quis conſentiat. licet ſiut qui hoc ideo negent, quia iudicium redditur in inuitum l. inter ſtipulantem .§. ſacram ff. de verb. oblig. Aut loquimur quòad pœnam, quę irrogatur ad publicam vindictam, vt reſp. purgetur malis hominibus & tunc naturaliter delinquens non obligatur. Idem pariter concluditur de pœna dupli, & cęteris huiuſmodi, quæ vltra damnum dātum inferuntur. Crediderim tamen hoc quoq; in caſu delinquentē na-
13. turaliter obligari ex ea æquitate, quæ dictat delicta debere puniri, per tex. in l. 1. de furtis, vbi furtum lege naturali prohibitum eſt & l. rerum quidem amotarum .ff. de rerum amotarum ibi nam iure gentium condici puto res poſſe. natura .n. quandam cognationem poſuit inter homines, ita vt nefas ſit hominem homini
14. inſidiari l. vt vim .ff. de iuſt, & iur. naturali quoq; ratione æquum eſt pœnas ob maleficia ſolui l. ſi à reo .§. fin. de fideiuſſ. cùm non oporteat maleficia eſſe impunita, ad hoc vt ſocietas humana conſeruetur l. ita vulneratus circa fi. ff. ad legem aquil. quem textum non credo poſſe ad pœnam damni dati ſolùm accommodari, Immò vt inquit Caſtr. in l. 3. C. de Epiſcop. aud.
15. Sanctiſsimum officium eſt ſi fiat iuſtitia de criminoſis, & demum negari non poteſt quin delinquens ad hanc pœnā obligetur naturaliter ex ea æquitate, quæ dictat

magiſtratibus

magiſtratibus parendum eſſe, de qua ſupra circa cauſ-
ſas naturalis ſecundariæ dictũ eſt. Et vltra prędicta his
addo ratione inevitabilem. Nam dum quis delinquit,
16. non modo priuatam perſonã lędere videtur, ſed etiã
remp. ipſam ob malum delinquẽtis exemplum, ut ſen-
tire videtur tex. in l. bona fides .ff. depoſit. ſed qui pri-
uatum lædit, ei obligatur ſatisfacere vt ſupra, & §. pœ-
nam autem Infra de iniur. ergo & reip. obligatur, cui
quidem ſatisfieri non poteſt, niſi id fiat, quò cęteri ci-
ues ab eo crimine tantùm deterreantur, quantùm eius
exemplo, qui deliquit, ad illud ipſum inuitari potuiſ-
ſent ad hoc ut cęteris exemplo ſit ad maleficia deter-
renda, quod fieri nequit niſi mediante publica uindi-
cta. pœna .n. eſt delicti ſatisfactio à l. uel legis miniſtro
impoſita ut per Azo. in ſum. C. de pœn. alias delicta au-
gerentur ſi impunita remanſerint c. ſunt. 46. diſtinc.
Quòad 4. uerò & ultimam ſpeciem attinet, obligationem
ſcilicet, quę ex quaſi delicto prouenit, eam non modo
17. ciuilem, ſed etiam naturalem eſſe cenſeo Bart. tamen.
Iaſ. Bal. ferè omnes in d. l. ex hoc iure .ff. de iuſt. & iur.
tenuerunt quaſi delinquentem ciuiliter ſolum, non autẽ
18. naturaliter obligari. hac ratione mouentur; quia qui
ex quaſi maleficio obligatur, dicitur obligari ex facto
alieno. §. item is, & §. pen. infra de oblig. quæ ex quaſi
delic. vbi dominus tenetur ex facto ſerui, aut familiæ.
hoc tamen quam ſit ab æquitate naturali alienum, pro-
19. bat tex. in l. ſancimus. C. de pœn. vbi pœnæ nõ debent
egredi delinquentes, ſed eos ſequi, melius eſt .n. no-
centẽ dimittere, quàm innocentem condemnare. Cùm
ergo ſit contra naturalem æquitatẽ, quòd quis puniatur
ex delicto alieno, nõ poterit quaſi delinquens naturali-
ter obligari, ſtante quòd naturalis obligatio à naturali
æquitate ꝓuenit, vt ſupra habuimus circa cauſſas natu-
ralis obligationis. eandem opinionem ſequitur Aret. in
§. ius autem gentium nu. 12. ſupra de iur. nat. poſt alios
ibi per eandem rationem, ſed quidquid hoc ſit, contra-
rium credo verius, quòd immò quaſi delinquendo quis
obligetur non ſolum ciuiliter, ſed etiam naturaliter, ad

20. ita tenendum moueor ex regula iuris vulgata, quæ habet: quòd quando vnum determinabile, duo vel plura reſpicit determinabilia, debet eadem pariformiter determinare l. iam hoc iure. de vulg. & pupil. ſed in alijs ſpeciebus obligationis ſupra determinatum eſt adeſſe mixtam, ergo idem etiam eſt determinandum in obligatione ex quaſi maleficio, ad hoc, vt iſtud determinabile obligationis, dicatur æqualiter determinare. eandem opinionem ſequitur Thol. ſupra in §. ius autẽ gentium. de iur. nat. gen. & ciu. nu. 42. poſt. Caſtr. in repet. l. ex hoc iure nu. 35. ff. de iuſt. & iu. comprobatur hæc opinio ex tex. noſtro vt ſupra inducto, cum
21. genus etiam in hac ſpecie debeat verificari. Non obſtat contrarium dum dicebamus in quaſi delictis, quẽ obligari ex alieno facto, quod ab æquitate naturali eſt omnino alienum. quia negatur hoc, nam ex proprio quaſi delinquens obligatur facto, non ex alieno vt infra demonſtrabo. licet. n. verſetur in eis factum alienum, non proptereà tollitur, quin verſetur & proprium, vt
22. Thol. ſait loco ſupra cit. Nam iudex male iudicando per ignorantiã, hic ex proprio, non ex alieno facto obli-
23. gatur, ideo facit litem ſuam, cum turpe ſit ignorare ius, in quo quis verſatur l. 2. §. ſeruius autẽ ſulpitius. de orig. iur. & inſtructus quiſq; eſſe debeat inſtrumento profeſsionis, vt ait tex. in l. ſi quis ex argentarijs. §. fin. ff. de eden. Item dominus, ex cuius cænaculo per eius familiam aliquid, vel ſeruos deiectum, effuſumuẽ
24. eſt, quòd offendat pertranſeuntes: hic non ob ſerui, ſed propriam tenetur culpam, quia patrisfamilias officium eſt, reprimere delicta familiæ ſuæ, & cauere, ne
25. pertranſeuntib. noceatur. cùm publice interſit ſine metu & periculo per itinera commeari, quòd ſi paterfam. ipſe deieciſſet, ex delicto obligaretur, ſecundum Fabr. in §. item is, Inſ. de oblig. quæ ex quaſi delic. Idem pariter dicendum eſt de eo, ex cuius caupona, naui, vel ſtabulo aliquid ab eius ſeruis ſublatũ eſt, quod nautæ hoſpiti, vel ſtabulario conſignatum fuerat, aliqua-
26. tenus. n. culpæ reus eſt, qui opera malorũ hominum

vtitur. vt ait. Imp. in §. itē exercitor Infra de oblig. quæ ex quaſi delic. licet ergo in quaſi delictis uerſetur factū alienum, nō tamen per hoc fit, quin verſetur & propriū, quò fit vt ex proprio, non ex alieno facto coerceatur.

TERTIA MIXTAE OBLIGATIONIS DIuiſio, quæ eſt ſubdiuiſio obligationum ex contractu, ex §. fi. à cauſſa formali deſumpta.

SEd prius eſt, vt de his quæ ex contractu ſunt diſpiciamus, harum æq; quattuor ſunt ſpecies. nam aut re, aut verbis, aut litteris, aut conſenſu perficiuntur, (vt hic ait Imperator) de quibus ſingulis ordine videamus. Sed quia Imperatoris intentio eſt, primum tractare de obligationibus, quæ ex contractu prodeunt, & ſimul etiam de contractibus, ex quibus dictæ obligationes oriuntur: ideò non ab re fore duxi, aliqua primùm in genere ad materiam contractuum neceſſaria præmittere, & primo quærā, quid ſit contractus. Secundò quotuplex. Tertio quot & quibus partibus conſtare poſsit, contractus. Quartò & vltimò, quæ in contractibus præſtari ſoleant, ſiue ad quid teneri poſsint contrahentes.

QVID EST CONTRACTVS.

1. Contractus tripliciter ſumitur.
2. Contractus eſt conuentio vltro citroq; obligatoria.
3. Contractus dicitur quaſi contra, & viciſsim actus.

PRo intelligentia diffinitionis ſciendum eſt, quòd iſte terminus contractus tripliciter ſumitur, vt notatur poſt gloſ. in l. labeo §. contractum ff. de verb. ſign. ſtrictè ſcilicet pro cōtractu vltro citroq; obligatorio, latè pro contractu, ex quò alter tantum contrahentium obligatur, latiſsimè demum pro omni actu, ex quo oritur obligatio: iuxta textum in l. omnem ff. de iudicijs. In propoſito propriè ſumptus contractus, ſic pote-

2. rit diffiniri ex d. l. labeo. iuncta l. 3. in princ. ff. de action, & obligat. vt ſit conuentio duorum pluriumuè ex vtraq; parte, vltrò citròq; obligatoria, qua alium nobis adſtringimus ad aliquid dandum vel faciendum;
3. Inde dictus, quaſi contra, & viciſim actus, teſte Alc. in d. l. labeo, aliam diffinitionem tradit Accurſ. hic in gloſ. Verſ. conſenſu, vbi dd.

QVOTVPLEX SIT CONTRACTVS.

1. Quattuor diuiſiones contractuum recitantur.
2. Habere nomen generis non facit rem nominatam, niſi adſit nomen ſpeciale.
3. Plura ſunt negotia, quàm negotiorum & rerum vocabula.
4. Tranſactio, & permutatio ſunt contractus innominati.
5. Recitantur differentiæ inter nominatos, & innominatos contractus, vſq; ad finem.
6. In contractibus innominatis, re licet non integra, eſt locus pœnitentiæ, quòd ſecus eſt in nominatis.
7. Quando nominatus cum innominato contractu eſt mixtus, attenditur quod eſt principalius.

Contractuum diuiſiones, quattuor reperio, quarum prior hæc eſt, vt contractuum, alij dicantur nominati, alij verò innominati ſecundum Bart. in rub. C. de re-
2. rum permut. & dd. in l. iuriſgentium in princ. de pact. nominati dicuntur, qui proprium, & ſpeciale nomen habent à lege eis attributum, vt emptio, locatio, & c. in-
3. nominati verò, qui ſpeciale nomen nō habēt, ſed vtuntur nomine generis, cùm plura ſint negotia, quàm negotiorum & rerum vocabula l. 4., præſcrip. verb. exemplum: quilibet noſtrum dicitur homo, non propterea dicitur nominatus, niſi addatur ſpeciale nomen, nam illud dicitur nominatim fieri, quod ita exprimitur, vt de eo nequeat dubitari. ſic probat tex. in l. 1. ff.
4. de liber. & poſthum. Huiuſmodi eſt permutatio, quæ

conuenit etiam emptioni, cùm in ea permutetur res cùm pecunia. Huiuſmodi etiam eſt tranſactio, quia conuenit cuilibet liberationi & actui, per quem à lite receditur ſiue etiam per iuramentum recedatur. l. 1. §. cōuentionis de pact. l. 2. de iureiur. & not. Bart. in l. ſiue apud C. de tranſac. Poſſunt huiuſmodi cōtractus reduci ad quattuor regulas, de quibus in l. naturalis in princ. de præſcrip. verb. do vt des, do vt facias, facio ut facias, facio vt des. Differunt inter ſe nominati ab innominatis, quia, ſi ſint nominati contractus, re licet integra, id eſt ſi neutra pars ad huc impleuerit promiſſa, altera parte inuita, non eſt locus pœnitentiæ, quia à principio ſunt voluntatis; ſed ex poſt facto neceſsitatis. l. ſicut C. de action. & oblig. l. in commodato §. ſicut ff. commod. quod procedit etiam in contractu principis, quia alias tacitè priuaretur facultate contrahendi, vt dicit I. C. in l. quòd ſi minor §. non ſemper ff. de minor. Limitantur tamen prædicta non procedere, ſi dolus dedit cauſſam contractui, quia tunc eſt locus pœnitentiæ, licet res non ſit integra l. cùm in plures §. mandaui ff. locati. Si verò ſint innominati, re licet non integra, erit locus pænitentiæ l. ſi pecuniam in princ. ff. de condic. cauſſa data. Quòd ſi contractus nominatus mixtus ſit cùm innominato, vt vendo domũ pro decem, cùm pacto, quòd vadas pro me Romam, tunc attenditur quod eſt principalius l. ea conditione C. de reſcind. vend. Ita vt, ſi pactũ dedit cauſſam contractui, tunc illud attenditur, tanq; principalius.

5.

6.

7.

SECVNDA CONTRACTVVM DIVISIO.

1. Contractuum, alij ſunt bone fidei, alij ſtricti iuris.
2. Bona fides dupliciter ſumitur.
3. Bona fides Idem eſt quòd æquitas; & ſtrictum ius rigorem hoc loco ſignificat.

Secunda diuiſio contractuum hæc eſt, vt alij ſint bonæ fidei, alij verò ſtricti iuris vt probat Iaſ. in §. actionũ

Infra de actio. vbi omnes bonæ fidei contractus enumerantur, probatur hæc diuiſio ex tex. in l. eũ qui ff. de donat. ſed ad intelligentiam ſciendum eſt vobis, quòd bona fides duobus potiſsimum capitur modis. primò
1. pro eo quòd à calliditate, & fraude alienum eſt: vnde dicimus quod, bonæ fidei emptor eſt, qui ignorans rem alienã emit. l. bonæ fidei de verb. ſig. & bona fide contractum dicimus, cùm dolus abeſt, & hoc modo non ſumitur bona fides in preſenti diuiſione. Secundò bona fides ſumitur pro eo, quod bonum eſt & æquum, vt in l. bona fides. ff. depoſiti, non quòd in cæteris contractibus adſit mala fides, cùm in omnibus requiratur bona fides l. bonã fidem C. de actio. & oblig. ſed quia bona fides in eis exuberat, & largioris iuris ſunt: adeò vt in eis, prout religioni iudicãtis viſum fuerit, deliberari poſsit vltra ea, de quibus inter contrahentes actum fuerit; & hoc modo ſumitur bona fides in preſenti diuiſione, pro æquitate quadam iuris gentium; ſtricti verò iuris contractus dicuntur, non quòd dolus adeſſe, & bona fides abeſſe debeat, ſed quia Iudex in eis ſtrictam quandam rationem & corticem verborum ſiue rigorem ſequitur: & liberum non habet ex æquo & bono ſtatu-
3. endi arbitrium. quare cùm bona fides idem ſit, quòd æquitas, & ſtrictum ius, idem quod rigor, rigor autẽ & æquitas ſint contraria l. placuit C. de Iudic. ceſſabit obiectum, quod fieri aduerſus hanc diuiſionem poterat, quaſi quòd non eſſet facta per partes ſibi inuicem oppoſitas, iuxta regulas diuiſionis, de quibus ſupra.

TERTIA DIVISIO CONTRACTVVM.

1. Contractus aut re, aut verbis aut litteris, aut conſenſu perficiuntur.
2. Litterarum obligatio tempore ff. erat incognita.
3. Licet maleficium verbis, aut litteris contrahatur, re tñ perfici ſolùm dicitur oblig.
4. Obligatio ex contractu non oritur niſi res, verba, literæ, aut conſenſus pro forma interuenit.

5 Pactum

5. Pactum nudum licet ſit conuentio, efficacem tamen non producit obligationem.

6. Sub ſimplicibus comprehenditur caſus mixtus.

TErtia diuiſio contractuum eſt, quam tradit Imperator hic in §. fi. eo. tit. nam ſicut obligationes ita & contractus ex quib. oritur obligatio aut re, aut verbis, aut litteris, aut conſenſu perficiuntur. Hanc diuiſionem à cauſſa formali deſumptam teſtātur dd. hic, quia res, verba, litteræ, & conſenſus dant formam contractibus vt Infra ſuis in locis demonſtrabo.

Contra hanc diuiſionem opponitur, primò de ſuperfluitate, aduerſus regulas diuiſionis, de quibus ſupra; probatur hæc ſuperfluitas ex l. 1. §. 1. & l. ex maleficijs in princ. iuncta l. obligamur ff. de actio. & oblig. vbi I.C. diuidendo, litterarum oblig. omiſit. Reſponderi ta-
2. men poteſt ex Accurſ. in gloſ. Verſ. conſenſu d. l. 1. quod litterarum obligatio tempore ff. erat incognita, prout idem firmat Faber. Infra de litterarum oblig. nu. 7. & ideò nulla eius fit mentio. Nec obſtat textus in l. non figura .ff. de actio. & oblig. per quem videtur probari, quòd immò litterarum obligatio tunc in vſu fuerit, quia reſp. quòd d. l. non figura loquitur in alijs contractibus, qui ſcriptura perficiuntur ex partium conuentione: huiuſmodi eſt emptio, vt Infra habebimus tit. de emptione §. 1.

Secundo adhuc de ſuperfluitate arguitur contra hanc diuiſionem per tex. in l. ex maleficijs in princ. ff. de actio.
3. & oblig. iuncto §. 1. Infra de oblig. quæ ex delicto. vbi obligationes, quæ ex maleficio cauſſantur, re tantum contrahi dicuntur, licet verbis, & litteris maleficia perpetrari poſsint vt l. 1. §. iniuriarum & l. lex Cornelia §. ſi quis librum. ff. de iniur. vnde videtur idem dicendum de oblig. ex contractu, quòd & ipſæ, re tantum contrahi dicantur, licet verbis, & litteris contrahantur, ſed reſp. ex Accurſ. in gloſ. d. §. 1. Infra de obligation. quæ ex delicto. & gloſ. in verb. conſiſtunt. l. ex maleficijs ff. de eo. in princ. quod in maleficijs ideo dicitur obligatio

oriri ex re, ideſt ex ipſo maleficio, quia non niſi maleficio perpetrato oritur obligatio, qualitercũq; illud committatur, ſed obligatio ex contractu non oritur ſtatim
4. poſt ipſam conuentionem, niſi res, verba, litteræ aut conſenſus pro forma interuenerit. Nam & pactum nu-
5. dum conuentio eſt, ex eo tamen non naſcitur efficax obligatio, niſi re, verbis, litteris, aut conſenſu fuerit veſtitum, & hæc eſt vera reſpõſio; quicquid dixerit Bart. in l. aut facta in princ. ff. de pen.

Tertiò, & vltimò ad huc contra hanc diuiſionem opponitur per Bel. hic nu. 6. quod aduerſus regulas diuiſionis hæc ſit deffectuoſa, cum nullam mentionem faciat obligationum, quæ, re, & verbis ſimul, contrahuntur; quarum meminit textus in l. obligamur ff. de actio. & oblig. & l. certi condictio §. quoniam. ff. ſi cert. pet. ſed reſp.
6. poſt Bel. ibi, quod ſub ſimplicibus, caſus mixtus continetur, vt not. gloſ. in l. 2. vbi dd. ff. de verb. oblig. & in §. 1. Infra de action.

QVARTA ET VLTIMA contractuum diuiſio.

1. Quis contractus dicatur fictus.
2. Quis dicatur imaginarius.
3. Et quis dicatur ſimulatus.

Contractuum, quidam dicitur fictus, quidam imaginarius, & quidam ſimulatus. hæc diuiſio fuit originariè Bart. conſ. 65. incip. factum tale eſt, dominus Petrus Nicolæ in ſecundo volum. quam approbat Ro-
1. ta Rom. deciſ. prim. de donatio. alias deciſ. 484. Fictus dicitur, cùm vnus in veritate celebrari ſimulatur, tamen agitur, vt alius celebretur, de quo loquitur tit. C. plus valere quod agitur, quàm quod ſimulate concipitur.
2. Imaginarius dicitur, quando licet vere agatur, quod ſic fiat, tamen agitur, quod cito contractus diſſoluatur, de quo in l. 4. §. ſi ab ignoto ff. de manumiſsionibus. Si-
3. mulatus demum tunc dicitur, quãdo ex mente nõ procedit,

cedit, vt quia agitur inter partes, vt contractus ſit nullus, ſed extrinſecus fiat & appareter, de quo loquitur l. nuda l. imaginaria de reg. iur. l. ſimulatæ nuptiæ, de ritu nup. & l. emptor vbi gloſ. & Bart. de aqua plu. arc. ſolet hic contractus fieri ad effugienda tributa, debita, & ad reparandum periculum amiſsionis bonorum.

QVOT ET QVAE PARTES IN contractibus adeſſe poſsint.

1. Subſtantialia contractuum quæ dicantur.
2. Quæ ſolemnia.
3. Quæ naturalia.
4. Et quæ ſint accidentalia contractuum.

QVattuor ſunt, quæ in contractibus adeſſe poſſunt; quorum, alia dicuntur ſubſtantialia, ſiue formalia, quæ formam dant & perfectionem ipſi contractui, ſine quibus cõtractus nequit ſubſiſtere: ideò de neceſſitate requiruntur in quolibet contractu, veluti in em-
2. ptione, merx, prætium & conſenſus. Alia dicuntur ſolemnia contractuum, quæ ad robur, & validitatem alicuius contractus à lege vel ſtatuto requiruntur, præter ſubſtantialem formam ipſius contractus, ſecundum Bal. in l. exactionem nu. 3. C. de dot. promiſs. Huiuſmodi eſt decretum iudicis in alienatione rerum immobilium minoris, aut tutoris auctoritas in contractu pupilli, & ſine his duabus partibus, contractus non ſubſiſtit. Alia verò dicuntur naturalia contractuum, quæ ſecundum naturam cuiuſq; contractus tacitè inſunt, licet à contrahentibus non exprimantur, ueluti in emptione, euictio, & hæc poſſunt pacto contrahentium tolli, ſine corruptione ipſius contractus, de quo tamen latius vide Zaſ. in c. 12. ſuorum intellectuum. Alia demum dicuntur accidentalia contractuum, quæ preter illorum ſubſtantiam, ſolemnitatem, & naturam, pacto contrahentium contractibus accedunt. Exemplum, vendo tibi domum pro certo prætio cum

pacto

pacto, quòd ad certum tempus illam mihi loces; hoc pactum de locando, dicitur accidētale contractus, vt de his omnibus eſt gloſ. Verſ. noua emptio poſt tex. in l. pacta conuenta, vbi doctores ff. de contrahenda emp. & habetur Infra per Bel. in §. præterea nu. 11. tit. ſeq.

QVE IN CONTRACTIBVS PRAESTARI ſoleant, ſiue ad quid teneantur contrahentes.

1. Dolus quid.
2. Duplex dolus, manifeſtus, & preſumptus.
3. Differentia inter vtrunq; dolum.
4. Culpa quid.
5. Culpa quintuplex.
6. Culpa latiſsima quæ ſit.
7. Culpa latior.
8. Culpa lata.
9. Culpa leuis.
10. Culpa leuiſsima.
11. Quis dicatur caſus fortuitus.

TRia ſunt, quæ omnes ferè cōtractus concomitari poſſunt, dolus ſcilicet, culpa, & caſus fortuitus. quæ quidem ſunt diligenter conſideranda vbi, & quatenus locum habeant, vt admonet Alys. in §. 1. tit. ſeq. & ord. Bart. in l. quod Nerua ff. Depoſiti, de quibus ſin-
1. gulis diſpiciamus. Dolus eſt, vt Labeo diffinit, omnis calliditas, fallatia, machinatio, ad circumueniendum,
2. fallendum, decipiendumuè alterum, adhibita. Duplex autem eſt dolus, manifeſtus ſcilicet, & præſumptus, ſe-
3. cundum Bart. in d. l. quod Nerua. Prior à poſteriore in hoc differt; quia prior probatur manifeſtis indicijs, veluti, ſi depoſitarius rem depoſitam furi demonſtrarit, eum inſtigando, vt eam furetur, pacto appoſito de eadem re participanda cum fure. Poſterior verò dolus non ita manifeſtis conſtat indicijs, ſed ex legis præ-

ſumptione

ſumptione colligitur, & vt plurimum committitur in omittendo, ideſt non faciendo id, ad quod quis de iure tenetur, & ſcit ſe teneri, id tamen nō facit. Exemplū: Si depoſitarius, re depoſita in loco ædium minus tuto
4. dimiſſa, res ſuas probè incluſit. Culpa eſt læſio per imprudentiam facta, quæ tamen humana ratione poterat euitari, quæ in hoc differt à dolo; quia dolus certa animi deſtinatione, & propoſito lædendi, culpa verò ſegnitie & ſimplicitate quadam inconſideranter ad-
5. mittitur: Quintuplex autem eſt culpa; latiſsima ſcili-
6. cet, quæ idem eſt, quod dolus manifeſtus. Latior, quæ idem eſt, quod dolus præſumptus. lata, læuis, & leuiſsi-
7. ma; lata culpa eſt, deuiatio incircunſpecta ab ea diligentia, qua communiter vtuntur omnes homines,
8. qui ſunt eiuſdem profeſsionis, conditionis, & artis l. latæ culpæ, de verb. ſig. & in ſumma, lata culpa eſt ignorare id, quod omnes intelligunt; veluti, ſi depoſitarius re depoſita in ædibus dimiſſa, recederet ianua aperta; & nemine relicto ad cuſtodiam ædium; læuis culpa eſt non adhibere eam diligentiam, in rebus alienis, quam adhibet diligens paterfam. in ſuis; veluti ſi depoſitarius
9. dimittat rem depoſitam in camera, hoſtio aperto. Læuiſsima demum culpa eſt, non adhibere eam diligentiam in rebus alienis, quam adhibet diligentiſ. paterfamilias in ſuis: veluti ſi depoſitarius rem depoſitam ponat in camera & claudat oſtium, non tamen reuoluat clauem, nec tentat an oſtium ſit rectè clauſum nec ne. Caſus fortuitus eſt inopinatus rei euentus, quem nulla hominum prouidentia prouidere aut præcauere potuit, ſecundum Bal. in l. qui fortuitis. C. de pignor. actio. veluti ſi reuoluta claue, & tentato oſtio, vt ſupra, res noctu fuerit ſublata à fure, idem ſi à familiaribus, quibus diligentiſsimus fidere ſolet: de quibus latè per ſcrib. in d. l. quod Nerua, & habetur Infra per dd. poſt gloſ. in §. item his. tit. ſeq. His ſic premiſsis, ſubſequitur nunc declaranda prima ſpecies oblig. quæ ex contractu prodeunt; propterea ſequitur tit.

QVIBVS

QVIBVS MODIS RE CONTRAHITVR OBLIGATIO.

SEquitur nunc prima ſpecies obligationum, quæ ex contractu prodeunt, quam re contrahi dixerat Imperator in §. fin. tit. præced. ad cuius intelligentiam tria erunt nobis præuidenda: Primum eſt, quid ſignificent iſta verba, obligationem re contrahi; Secundum, cur re potius, quàm conſenſu contrahi dicatur hæc obligatio, cum tamen in ea non minus ſit neceſſarius conſenſus, quàm res ipſa. Tertium, quot ſint contractus ex quibus hæc oritur obligatio, quæ re contrahitur.

QVID SIGNIFICENT ISTA verba obligationem re contrahi.

1. Nomina debent eſſe conuenientia rebus.
2. A nominum ſignificatione, ad rei ipſius naturam cognoſcendam plerumq; deuenitur.
3. Res dant formam & perfectionem obligationi, quæ re contrahitur.
4. Aliud eſt contractus, aliud promiſsio de contrahendo, & contractus non eſt factus ex promiſsione faciendi.

QVia nomina debent eſſe conuenientia rebus, cùm à nominum ſignificatione ad rei ipſius naturam
2. cognoſcendam plerunq; deueniatur §. eſt & aliud, ſu-
3. pra de don. ideo ſciendum eſt vobis, quòd ex eo hæc obligatio nomen deſumpſit; quod formam dat, ſubſtantiam, & perfectionem ipſi obligationi, adeo vt neque ciuilis

ciuilis obligatio, nec actio ex ea obligatione oriatur, quæ re contrahitur, niſi preter conſenſum cõtrahentium, qui omnino adeſſe debet, res quoq; ipſa actualiter interuenerit. licet. n. cẽties cõuenerimus de mutuãda pecunia, de re aliqua deponenda, vel alio contractu, qui re perficiatur, celebrando; non tamen oritur obligatio, & actio ex mutuo vel depoſito, aut alio huiuſmodi contractu, niſi res, quæ mutuatur fiat de mea tua, res quæ
4. deponitur actualiter interuenerit; aliud. n. eſt contractus, aliud promiſsio de contrahendo, & contractus non eſt factus ex promiſsione faciendi, vt pulchrè per Fabr. in §. aliæ autem donationes, ſupra de don. Iaſ. in l. in bone fidei poſt gloſ. ibi, quæ ad hoc allegatur ff. de eo, quod certo loco.

CVR RE POTIVS QVAM CONſenſu contrahi dicatur hæc obligatio, cùm tamen in ea non minus ſit neceſſarius conſenſus quàm res ipſa.

1. In contractibus, qui re perficiuntur, res ipſa deſignat ad quid contrahatur obligatio, ideo oportet rem intercedere.
2. In contractibus, qui conſenſu perficiuntur, ſufficit contrahentes in rem, de qua agitur, conſentire.

AD queſtionem reſp. Faber. hic nu. 7. quia in contractibus, qui re contrahuntur res ipſa, non ſimplex conſenſus deſignat, ad quid contrahatur obligatio. Videmus etenim, quod in mutuo ad rem æq; bonam l. cùm quid ff. ſi cert. pet. in commodato verò ad eandẽ rem reſtituendam contrahitur obligatio, & ſic de ſingulis contractibus, qui re perficiuntur. ideo rem, quæ obligatur intercedere oportet ad hoc, vt inde ſciamus
2. ad quid ipſa contrahatur obligatio, & hæc eſt ratiò quare vna re perficiatur, alia non. Et in hoc differunt cõtractus, qui re celebrantur, ab his, qui conſenſu perficiuntur: quia, licet in iſtis res interuenire debeat,

quæ obligatur ad perficiendum contractum, vt eſt videre Infra de emp. & vend. de loc. & conduc. in princ. non tamen requiritur actus traditionis rei aliquis ad cauſſandum ciuilem obligationem, & actionem, ſed ſufficit in rem, de qua agitur contrahentes conſentire l. obligamur §. conſentientes .ff. de action. & oblig. at in oblig. quæ re contrahuntur, non ſufficit contrahentes in rem conſentire, niſi ipſa res intercedat, vt ait I. C. in d. l. obligamur in princ.

QVOT SINT CONTRACTVS, EX quibus hæc obligatio oritur: quæ re contrahitur.

1. Quinq; ſunt contractus qui re perficiuntur.
2. Mutuum & commodatum, gratia recipientis: depoſitum verò, gratia deponentis contrahitur.
3. Pignus gratia dantis & recipientis celebratur.
4. Indebitum quare inter contractus qui re celebrantur, & inter quaſi contractus connumeretur.

QVinq; ſunt contractus quibus oritur hæc obligatio, quæ re contrahitur, de quibus ordine differit Imperator in hoc tit. MVTVVM ſcilicet, INDEBITVM, COMMODATVM DEPOSITVM,
2. & PIGNVS, quorum tres, gratia vnius tantum celebrantur, at mutuum & commodatum, quod ſolius recipientis, & depoſitum, quod ſolius deponentis gra-
3. tia contrahitur, pignus verò celebratur gratia vtriuſq; in hoc .n. datur, vt debitor facilius pecuniam accipiat à creditore, & ut creditori ſit ſaluum ſuũ debitum; Cæterum is, qui ex indebiti ſolutione ſibi facta, obligatur,
4. non propriè ex contractu obligatur, ſed ex quaſi contractu, quaſi .n. contrahere credidit lex eum, qui indebitũ ſoluit cum eo, qui indebitum recepit, de eo reſtituendo; ſed iſtud exemplum ideo in hoc tit. ponitur per Imperatorem: non quia ex contractu prodeat obligatio indebiti, ſed quia huiuſmodi obligatio re con-

trahitur

trahitur; id eſt ex ipſa ſolutione indebitè facta; quatenus ergo re contrahitur obligatio indebiti, rectè fuit ſub hoc titulo collocata; quatenus verò ex quaſi contractu prouenit, ſequitur de ea tractatú Infra de oblig. quæ ex quaſi contractu §. item is; vnde ſequitur, quòd diuerſis reſpectibus fuerit tractatum de obligatione indebiti in preſenti tit. & Infra in tit. de oblig., quæ ex quaſi contractu. Redeamus nunc ad primam ſpeciem contractus, qui re celebratur & videamus.

DE CONTRACTV MVTVI

Ex §. primo.

AD intelligentiam iſtius contractus erit nobis videndum de duobus, quorum primum erit, quid ſit & vnde dicatur. Secundum quotuplex ſit; & quæ ſint ſingulæ eius ſpecies.

QVID EST MVTVVM ET vnde dicatur.

1. Mutuum dicitur quaſi de meo tuum fiat.
2. Contractus eſt nomen generis comprehédens ſub ſe omnes contractuum ſpecies.
3. Dare eſt dominium transferre.
4. In mutuo duplex datio, aut vera aut ficta.
5. Mutuum contrahitur in rebus, quæ conſtant pondere, numero, & menſura.
6. In mutuo ſufficit ſola ſpes reddendi tantundem in genere ſuo, licet eadem ſpecies poſtea reddatur.
7. Quòd reſtituatur mutuum in eadem bonitate, & qualitate: eſt de natura mutui, & tacitè ineſt licet non exprimatur.

MVtuum, quod ex eo nomen deſumpſit, quaſi de meo tuum fiat (nam non eſt mutuum niſi in accipientem

tem transferatur dominium l. 2. §. appellata ff. ſi certa pet.) poteſt ſecundum Bart. in d. l. 2. §. fin. hunc in modum diffiniri, vt ſit contractus, qui celebratur datione vera vel ficta rei conſiſtentis in pondere, numero, vel menſura cùm ſpe recipiendi tandundem in genere ſuo.

2 Dictio contractus ponitur loco generis, quia prædicatur de contractibus tàm nominatis quàm innominatis bonæ fidei, ſtricti iuris, & tàm de contractibus, qui re, quàm de his, qui verbis, litteris, aut conſenſu perficiuntur.

3. Verbum datione excludit commodatum, depoſitum, & pignus, quod licet re perficiatur, non tamen ex eis dominium rei, quæ commodatur, deponitur, aut pignoridatur, in accipientem transfertur, quod ſecus eſt in mutuo, in quo id, quod mutuatur, ſic datur, vt accipientis fiat, dare .n. eſt dominium transferre §. ſic itaq; Infra de actio: l. vbi autem §. fin. ff. de verb. oblig.

4. Dictio, vera, demonſtrat verum mutuum, quod tunc contrahitur, cùm res verè, & effectualiter datur, & dictio, ficta, denotat mutuum, cui ius ciuile cooperatur per aliquam fictionem: vt ſi cum haberes pecuniam meam pœnes te depoſitam, conueni tecum, vt eam habeas mutuo; tunc lex ciuilis, ad euitandos circuitus inutiles, ſuam interponit auctoritatem; fingendo pecuniam mihi redditam, deinde iterum à me ad te profectam l. ſingularia ff. eo.

5. Dixi rei conſiſtentis in pondere, numero, vel menſura, ad demonſtrandum, in quibus rebus mutuum contrahi poſſit, vt latiùs Infrà circa requiſita dicemus, & probatur ex textu in l. 2. §. mutui datio ff. eo. & in hoc differt mutuum à commodato, quòd in alijs rebus conſiſtit, à depoſito & pignore, quæ non in huiuſmodi rebus tantum, ſed etiam in alijs conſiſtunt, vt latius Infra ſuo loco demonſtrabimus, & probatur ex d. l. 2. §. creditum ff. eo.

Dixi poſtremo, cùm ſpe recipiendi tantundem in genere ſuo, vt excluderem commodatum, depoſitum, &

pignus

pignus, in quibus non tantundem in genere, ſed illud idem in ſpecie redditur d. l. 2. in princ. iuncto §. creditum ff. eo. Item ad excludendum contractum permutationis: nam ſi conuenero tecum à principio, vt pro ſiligine des triticum, pro pecunia frumentum, non erit mutuum, ſed permutatio.
Dictio ſpe ponitur cum miniſterio, quaſi quòd ſufficiat ad
6. contrahendum mutuum, propoſitum contrahentium eſſe, vt reddatur idem genus, licet in effectu poſtea reſtitueretur eadem ſpecies, pro vt ad hoc propoſitum ponderat Accurſ. verbum quandoq; de quo in texto; nam ſi mutuatarius, cùm non eguerit re ſibi mutuata, eandem met reddiderit mutuanti, erit nihilominus mutuum, vt de hoc eſt gloſ. prima in d. l. 2. in princ. ff. eo. & latius infra circa vltimum ſubſtantiale iſtius contractus dicemus.
Addebat huic diffinitioni Fulgoſ. in d. l. 2. in fi. hæc verba In eadem qualitate, quaſi quod non ſufficiat red-
7. dere tantundem in genere ſuo, niſi illud reddatur in eadem qualitate, puta vinum vetus pro veteri, pro auro mutuato aurum eiuſdem qualitatis reddere. Verùm ſuperflua hæc verba eſſe cenſeo, quia ſunt de natura contractus mutui, & tacitè inſunt, licet non exprimantur. vt habetur in l. cum quid ff. eo. Cum quid mutuum dederimus (inquit ibi textus) & ſi non cauimus, vt æquæ bonum nobis reddatur, non licet creditori, deteriorem rem, quæ ex eodem genere ſit, reddere; veluti vinum nouum pro veteri, nam in contrahendo, quod agitur, pro cauto habendum eſt; id autem agi intelligitur, vt eiuſdem generis, & eadem bonitate, ſoluatur, quod datum eſt. Hæc ſunt formalia verba textus vbi gloſ. fin. declarat textum debere intelligi de bonitate intrinſeca, quòd ſcilicet ſit ſimilis ſaporis, non de extrinſeca. Ita vt licet prætium curſu temporis fuerit mutatum, vt ſi hodie pluris, antea minoris vel è contra, ſufficiet tamen rem reſtitui in eadem bonitate intrinſeca l. vinum ff. eo. Immò amplius poteſt res reddi deterior ſi ſic partes conſentiant, & adhuc erit mutuum;
vt

vt communem fatetur Bel. hic nu. 17. per tex. in l. rogaſti §. ſi tibi decem ff. eo. ſi tibi decem dedero, vt nouem debeas in nouem contrahitur oblig. ratio. quia illud, quod ſupereſt, videtur donatum; vnde ſequitur, quod hæc verba non ſint neceſſaria in diffinitione, cùm poſsit eſſe mutuum, licet non reddatur in eadem bonitate, & qualitate.

MVTVVM QVOTVPLEX.

1. Mutuum quod ſit triplex.
2. Mutui vnicam potius dari ſpeciem probatur.
3. Mutuum in duas ſpecies diuidi concluditur.

MVtuum eſſe triplex tradit gloſ. verb. mutuum. §. item is Infra eo. & gloſ. fin. l. 2. ff. eo. naturale tantùm, quando ſit numeratio ſine ſtipulatione de ſoluendo; ciuile tantùm, quando interuenit ſtipulatio de ſoluendo ſine numeratione, ciuile & naturale ſimul,
2. quando numeratio & ſtipulatio interuenit: Aliter tamen dicebat Iaſ. in d. l. 2. nu. 14. & 16. quem ſequitur Bel. hic nu. 6. quòd immò vnicum tantùm ſit mutuum, quòd naturale appellat, quia mutuum merè ciuile, nihil aliud eſt, quàm litterarum obligatio, ciuile uerò cui natura cooperatur, eſt ſtipulatio, ita vt non re, ſed verbis tunc contrahi dicatur obligatio, vt probatur ex diuerſitate actionum, quæ inde reſultant; nam ex mutuo naturali competit certi condictio ſpecialis, vt Infra dicemus: ſed vbi interuenit ſtipulatio, competit certi condictio generalis, de qua Infra §. primo de verb. oblig. vbi gloſ. verſ. condictio; mutui. n. illa diſtinctio, non eſt de iure, vt ait Bel. ſed eſt magiſtralis diſtinctio inuenta à dd. gratia plenioris doctrinæ. Ideò dicen-
3. dum eſt ſecundum Iaſ. vnicum eſſe mutuum, naturale ſcilicet, quod diſtinguitur in duas ſpecies. MERE NATVRALE, & NATVRALE, cui ius ciuile fauet per aliquam fictionem. videamus nunc, quæ ſint ſingulæ ſpecies; & primò.

DE

DE MVTVO MERE NATVRALI.

AD intelligentiam mutui, quod mere naturale dicitur, de duobus videndum nobis erit, quorum Primum eſt, qualiter contrahatur, & quare ſic appelletur. Secundum, quæ ad illud contrahendum requirantur.

QVALITER MVTVVM MERE naturale contrahatur, & quare ſic appelletur.

MVtuum mere naturale tunc demum contrahitur, quando rei, quæ mutuatur, traditio verè, & naturaliter interuenit, ſine aliqua iuris ciuilis fictione, & huic mutuo precedens conuenit diffinitio in omnibus, præterquam in verbo ficta: dictum autem eſt naturale, quia, ex ſola numeratione, ponderatione, aut menſuratione, quæ actus naturalis eſt traditionis rei ſine aliquo iuris ciuilis adminiculo contrahitur.

QVAE AD MVTVVM MERE NATVRALE contrahendum requirantur.

1. Nouem recitantur, quæ ſunt de ſubſtantia contractus mutui.
2. Non naſcitur obligatio & actio ex mutuo niſi re actu interuenerit.
3. Mutuatarius non poteſt in plus rei obligari, quam re vera interuenerit.
4. Non poteſt mutuatarius in plus facti obligari.
5. Doctor mutuans pecuniam ſcolari, vt ſecum intret, alias non intraturus, committit vſuras.
6. quare vſura ſit prohibita latè diſcurritur vſq; ad fin. primi requiſiti.
7. Vſura dicitur quaſi vſus rei.

8. Recta ratione non poterit mutuans aliquid exigere pro vſu rei mutuatæ, quæ ſua amplius non eſt.
9. Tempus eſt commune omnibus animantibus ideo non venditur.
10. Remuneratio beneficij, quæ eſt voluntatis, non poteſt reduci ad neceſsitatem præſtationis.
11. Obligatio ad antidora, ſi deducatur in pactum, vſura committitur.
12. De ſubſtantia mutui eſt, vt res mutuatario tradatur, accipientis fiat, & dominium in eum traſferatur.
13. Nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quàm ipſe habet.
14. In rebus alienis, mutuum mere naturale non contrahitur.
15. Fur in re furtiua, & ſocius in re communi pro parte ſocij, mutuum non contrahunt, & quare.
16. In reb. alienari prohibitis non contrahitur mutuum, & quare.
17. Perſonæ non habentes plenam & liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem, vt furioſus, prodigus, pupillus ſine tutoris auctoritate, & filius in patria poteſtate conſtitutus, mutuum non contrahunt.
18. Filius fam. recipiens pecuniam mutuo iuuatur Macedoniano præterq; in 6. caſib.
19. Non omnes res poſsunt in contractum mutui deduci; ſed illæ tantum, quæ pondere, numero menſuraue conſiſtunt.
20. Pacto contrahentium fieri non poteſt, quòd mutuum contrahatur extra eas res, quæ numero, pondere, vel menſura conſtant.
21. Adſignatur ratio, quare in prædictis tantùm rebus mutuum contrahatur.
22. Qualiter intelligatur requiſitum conſuetudinis in mutuo, an pro conſuetudine functionis, vel pro conſuetudine mutuandi, latè declaratur.
23. Qualiter in mutuo intelligendum ſit requiſitum naturæ.

24. Ex

24. Ex conſuetudine poteſt immutari functio.
25. Piper poteſt ad numerum mutuari.
26. Res, quæ mutuatur debet poſſe adaptari ad numerum, pondus, vel menſuram, ſecundum æqualitatem bonitatis.
27. In ouibus non contrahitur mutuum, licet numero conſtent.
28. Actus contrahentium mutuum debet adaptari ad aptitudinem rei, quæ mutuatur.
29. Non contrahitur mutuum in pecunia, quæ datur in ſacculo tanq; ſpecies.
30. Gerundia important neceſsitatem.
31. Conſenſus in mutuo adeſſe debet, tam ex parte mutuantis, q; mutuatarij.
32. In mutuo, dum contrahitur, debet adeſſe animus contrahentium reddendi idem genus, non eandem ſpeciem.
33. Licet mutuatarius eandem rem in ſpecie mutuatam reddat, vt quia ea non indigeat, erit nihilominus mutuum,
34. Propter quod vnumquodq; tale, & illud magis.
35. Multa ex poſt facto conceduntur, quæ à principio non permitterentur.
36. Generis & ſpeciei recitatur diffinitio ſecundum dialecticos.
37. Quot modis capiatur genus in iure noſtro.

QVattuor requiſita ſubſtantialia iſtius contractus recenſet gloſ. in verſ. appendendo, quibus addo quinq;, quæ ex textu noſtro colliguntur. & Bart. in d. l. 2. ff. eo. ita vt nouem ſint, quæ requiruntur ad contractum mutui celebrandum, quorum primum eſt,
2. Vt res, quæ mutuatur actu interueniat, ſic probat tex. noſter hic in princ. iuncta rub. & textus in d. l. 2. §. item mutuum ff. eo. & ideo, cum re perficiatur iſte contractus, ſi promiſero tibi mutuare decem, non erit mutuum, niſi decem actu interuenerint, nam qui promittit pecuniam, eam recepturus non adſtringitur, nec

obligatur ex mutuo l. qui pecuniam ff. eo. neq; etiam
3. contra poterit mutuatarius in plus rei obligari, quam re uera interuenerit, quia in contractibus, qui re perficiuntur, res ipſa deſignat, ad quid contrahatur oblig. quare ſi tecum conuenero, vt mihi debeantur vndecim, cùm decem tantùm interuenerint, obligatio contrahetur ſolùm in decem; potius.n. cadere ſidera de cęlo poſſe, refert Bel. hic nu. 4., quàm quòd in obligationibus, quæ re contrahuntur, in plus contrahatur obligatio, quàm re vera interuenerit. Re.n. non poteſt obligatio contrahi, niſi quatenus datum ſit, ait l. C. in l. ſi tibi decem in priuc. ff. de pact. & probatur in l. cùm
4. vltra. C. de non num. pecun.; quod adeò verum eſt, vt procedat, non ſolùm ſi plus rei interuenerit; ſed etiam ſi factum adijciatur; quia ſolùm in id, quod re vera interuenit, obligatio contrahitur. Veluti, ſi tibi decem mutuauero, pacto appoſito, quod, vltra obligationem reddendi decem, pro me aliquid facias; tunc ſolùm in decem contrahitur obligatio. quicquid.n. ſorti accedit vſura eſt, vt habetur in c. conſuluit ex. de vſuris & in c. 1. 2. 3. & 4. 14. q. 3. dum tamen illud factum ſit augumentatiuum obligationis; alias non erit vſura, nec in plus dicetur obligatio contracta. Veluti, ſi mutuauero tibi decem cum pacto, quòd tenearis mihi dare tot pignora, cautio.n. hæc eſt, non vſura ſecundum Bal. in
5. l. rogaſti §. 1. ff. eo. Sed ſi factum ſit augumentatiuum obligationis, vt ſi doctor mutuet pecuniam ſcolari, vt ſecum intret, alias non intraturus, erit vſura.
6. Quòd ſi de ratione quæratur, quare vſura ſit prohibita. reſp. cum Bal. in rub. C. de vſur. & Abb. in rub. ex. eo. Nam aut volumus quod vſuræ exigantur ratione vſus rei mutuatæ, aut ratione temporis, aut ratione beneficij
7. in mutuatarium collati. primo caſu ſi ratione vſus rei (vſura.n. dicitur quaſi vſus rei) tunc, quia vſus non eſt ſeparatus à dominio, vſu.n. res, quæ mutuari poſſunt, conſumuntur, quia conſtant pondere, numero vel menſura, & earum dominium, ac omne pericu-
8. lum rei mutuatæ in mutuatarium transfertur, ideò

ſecta ratione non poterit mutuans pro vſu rei, quæ ſua amplius non eſt, aliquid exigere. Hinc eſt quod ſi tibi locauero pecuniam, non vt eam conſumas, ſed vt in banco teneas ad pompam, licitè potero aliquid pro vſu pecuniæ exigere, quia vſus eo in caſu eſt ſeparatus à dominio, & dominium pecuniæ remanet penes concedentem, ſolus .n. vſus tunc fuit translatus. Ideo locatio eſt, in qua licitè penſio pro vſu rei exigitur, vt habetur per Abb. in rub. nu. 3. & Caſtr. qui de communi
9. teſtatur in l. 3. §. fi. ff. commodati. Secundò in ratione temporis, neq; eo in caſu vſuræ exigi poſſunt, quia ſequeretur vendi tempus, quod non eſt vendendum, cum illud commune ſit omnibus animantibus, vt tradit Bal.
10. in d. rub. nu. 3. Tertiò, & vltimò, ſi volumus quod vſuræ exigi poſsint ratione beneficij, tunc quoq; non ſunt admittendæ; quia, licet ad remunerationem beneficij, naturaliter obligemur l. ſed & ſi lege §. conſuluit ff. de pet. hæred. cùm tamen hæc naturalis obligatio nõ ſit aliquo iure taxata, ſed ſit voluntatis, non eſt reducenda ad neceſsitatem præſtationis, vt traditur per Bal. in d. rub. nu. 6. non .n. amplius eſſet remuneratio, quia remunerare eſt retrodonare; donari verò non dicitur,
11. quod iure conuentionis cogente conceditur l. donari de reg. iur. & ideo ſi obligatio ad antidora deducatur in pactum, vſura committitur, ſecundum glo. in c. ſi fœneratoris. 14. q. 3. & hæc obiter de prohibitione vſurarum.

Secundum ſubſtantiale requiſitum eſt, vt res mutuatario
12. verè tradatur, ita vt accipientis fiat, ſic probat tex. noſter in his verbis, quas res, aut numerando, aut metiendo, aut appendendo in hoc damus, vt accipientium fiant. Nam & mutuum inde dictum eſt, quaſi de meo tuum fiat; vt hic & d. l. 2. §. appellata. non.n. ſufficit, rem, quæ mutuatur, interuenire, niſi eius dominium in accipientem transferatur, quod ſine traditione non tránsfertur l. traditionibus C. de pact., ideò neceſſaria etiam eſt traditio. Quòd ſi mutuans non eſſet dominus, licet rem traderet, quæ mutuatur, non tamen accipi-

13. entis

13 entis eam faceret, cùm nemo plus iuris in alium transferre poſsit, quàm ipſe habet l. nemo plus .ff. de reg.
14 iur. Hinc eſt, quòd in rebus alienis, mutuum merè naturale nõ cõtrahitur, quia dominium earum non trans-
15 fertur l. traditio ff. de acq. rerum dominio, & ideò fur in re furtiua mutuum non contrahit l. nam & ſi fur .ff. eo. Nam & ſi nummos credendi animo dederit, accipientis nõ facit, vt inquit ibi tex. nec ſocius in re communi pro parte ſocij mutuum contrahit; licet his in caſibus, cõcurrente conſumptione rei mutuatæ, bona fide facta per mutuatarium, ius ciuile fingat trãslatum fuiſſe dominium; ita vt mutuum concilietur conſumptio-
16 ne; vt infra circa alteram mutui ſpeciem ſuo loco dicemus. Hinc eſt, quòd in rebus alienari prohibitis, & quæ non ſunt in hominum commercio, quales ſunt res ſacræ, religioſæ, & ſanctæ, mutuum nequit conſiſtere, quia huiuſmodi res nullius in bonis ſunt .§. nullius cùm ſeq. ſupra de rerum diuiſ. ideo earum dominium in ac-
17 cipientem non transfertur. Hinc demum eſt, quòd perſonæ plenam non habentes, & liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem, de quib. in l. is cui bonis ff. de verb. oblig., vbi ſcrib., & infra quib. alien. licet, vel non, mutuum celebrare non poterunt, & propterea furioſi, & prodigi, quibus interdicta eſt bonorum ſuorum adminiſtratio, mutuo dare non poterunt l. certi condictio §. quoniam verſ. idem quæri .ff. eo. Item pupillus ſine tutoris auctoritate non contrahit mutuum l. non omnis §. ſi pupillus .ff. eo. Item filiusfam. in patris poteſtate conſtitutus l. cùm filiusfam. vbi ſcrib. ff. eo. ratio eſt, quia cùm adminiſtrationem non habeant, dominium non transferunt in accipientem; licet his in caſibus, ſuperueniente conſumptione, cõcilietur mutuum,
18 quia ius ciuile fingit translationẽ dominij, vt infra circa alteram ſpeciem dicemus. Sed hic obiter etiam notabitis, quòd ſi quis econtra, filiofam. in patris poteſtate conſtituto, mutuam pecuniam dederit, impeditur aduerſus eum, licet ſui iuris effectum, agere propter ſenatuſconſulti Maced. exceptionem et l. 1. ff. ad

Maced.

Maced. præterquam in ſex caſibus, quorum primus eſt, ſi mutuatio ſit facta filio ſtudiorum vel legationis cauſſa l. macedoniani vbi gloſ. & ſcribentes C. ad Maced. quo caſu tenetur pater vſq; ad eos ſumptus, quos ſolet facere filio. Immò obligatur pater, etiam ſi filio preſenti credatur in neceſſarios ſumptus, quos pater tenetur facere, vt per Aret. in §. Cæterum Infra quòd cùm eo. Secundus, ſi caſtrenſe, vel quaſi, peculium habeat d. l. 1. §. fi. ff. ad maced. quia in eo, loco patris habetur. Tertius, ſi talis pecunia conuerſa ſit in vſum patris l. 2. C. eo. Quartus, ſi filius ſui iuris effectus, agnouerit tale debitum, vel per ſolutionem partis ipſius debiti, vel per nouationem, aut pignoris dationem, vt in glo. pen. & fi. d. l. 2. Ratio, quia totum debitum tunc videtur approbare, cùm partem ſoluit, ſed cùm dat pignus, pro valore pignoris tantùm debitum approbat. Quintus ſi pater conſueuit ſoluere pecuniam filio mutuatam, tenetur: quia ex huiuſmodi conſuetudine præſumitur patris conſenſus; vt latè per Bal. in d. l. 2. Sextus, & vltimus ſi filiofam. mutuetur, qui publicè pro patrefam. habetur; tunc ceſſabit Senat. Maced. l. 3. ff. eo. communis n. error excuſat; & prout de his latius. Infra quod cùm eo. in glo. verſ. ſenatus §. illud.

Tertium ſubſtantiale requiſitum reſpicit qualitatem rei, quæ mutuatur; nam non oēs res poſſunt in mutui con-
19. tractum deduci, ſed illæ tantum, quæ conſtant pondere, numero, vel menſura; ideo dicebat Imperator hic; mutui autem datio in his rebus conſiſtit, quæ pondere, numero, menſurave conſtant: veluti vino, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro. Nam licet omnes res pondus, numerum, & menſuram patiantur tamen de eis intelligit Imperator, quæ mediante pondere, numero, vel menſura, recipiunt functionem in genere ſuo, per ſolutionem magis, quàm per ſpeciem: Ita vt vna res fungatur vice alterius, & tantum vti-
20. litatis præſtent decem reddita, quantum decem mutuata. Et hoc adeò verum eſt, vt neq; pacto, poſsint contrahentes velle, quòd alterius generis res in mutuum

deducatur,

deducatur, quia tale pactum non valeret, tanq; contra ſubſtantiam contractus, vt probat tex. in l. cum præcario ff. de præcario, & habetur in l. pacta conuenta ff.
21. de contrahen. emp. Quòd ſi de ratione quæratur, quare in his tantùm rebus cõtrahatur mutuum, nõ in alijs; reſp. vt minus offendatur reg. iuris communis, quæ habet, quòd aliud pro alio ſolui inuitò creditore non poteſt l. 2. §. fi. ff. eo. ſed cum huiuſmodi res functionẽ in genere ſuo recipiant, & tantũdem præſtant, ſi eiuſdem qualitatis, bonitatiſq; reddantur, non aliæ, ſed eædem ferè res reddi videntur, eò maxime, quia in eis non cadit affectio l. nummis, & ibi not. ff. de in litem iuran.

Quartum requiſitum ſubſtantiale mutui, eſt conſuetudo,
22. vt hic in gloſ. verſ. mutui. Iſtud requiſitum poteſt dupliciter intelligi ſecundum Bart. in l. 2. §. 1. nu. 12. ff. eo. primò pro conſuetudine functionis, & hoc modo bene loquitur gloſ. quaſi quòd non ſufficiat rem, quæ mutuatur, conſtare pondere numero, vel menſura, niſi functionem recipere ipſa conſueuerit, adeò vt, ſi quis haberet plures codices manu eiuſdem ſcriptoris ſcriptos, in eadem carta, & per omnia ſimiles, non tamen in eis mutuum celebratur, quia huiuſmodi codices non conſueuerunt functionem recipere. Secundò poteſt intelligi pro conſuetudine mutuandi, quòd res mutuari conſueuerit: quod tamen reprobatur, quia plura ſunt, teſte Bart. & Caſtr. in d. §. 1. quæ mutuari nõ conſueuerunt, ſi tamen recipere poſſunt functionem in genere ſuo, in eis conſiſtere poterit mutuum.

Quintum ſubſtantiale requiſitum in mutuo, eſt natura, quòd ſcilicet res, quæ datur ad numerum, ad hoc na-
23. turaliter inuenta ſit, vt ponit exemplum Accurſ. hic in gloſ. verſ. mutui in pecunia, non quod pecunia ad hoc naturaliter inuenta ſit, vt numeretur: ſed potius, vt ſuccuratur neceſsitatibus hominum, quod tamen fit, mediante numeratione. Ita dixiſſe voluit Accurſ., licet ſint, qui capiant dictionem illam, Natura, pro prima deſtinatione; ſed malè; quia non intereſt ſi res, quæ

mutuatur

24. mutuatur in ſui principio, cæpit functionem vno mo-
do recipere, quia poterit ex conſuetudine immutari
functio, dum tamen ad vtrunq; naturaliter inuenta ſit,
vt poteſt poni exemplum in oleo, quod licet à princi-
pio fuiſſet deſtinatum recipere functionem ad pondus,
25. poterit tamen ad menſuram mutuari. Idem in pipere
dicendum ait Bart. in d. l. 2. §. mutui nu. 11. quod
quàmuis detur ad pondus, poterit tamen & ad nume-
rum mutuari, quia naturaliter, & ſecundum qua-
litatem bonitatis, vtroq; modo functionem recipit.
Sextum requiſitum eſt aptitudo, nam licet ex ſui natura
res, quæ mutuatur ad numerum ſit deſtinata, dum ta-
26. men ſecundum æqualitatem bonitatis ad numerum
27. adaptari nequeat, in ea non conſiſtet mutuum. Exem-
plum in ouibus, quæ licet ad numerum naturaliter ſint
deſtinatæ, tamen quia magna eſt differentia inter vnam
ouem & aliam, ita vt vix vna poſsit inueniri, quæ ſit al-
teri per omnia ſimilis, & ſecundum æqualitatem boni-
tatis, nõ poſſunt oues functionem ad inuicem recipere,
& ad numerum adaptari, in eis non conſiſtet mutuum.
Septimum ſubſtantiale requiſitum in mutuo eſt, quod
actus agentium adaptetur ad aptitudinem rei. Nam
28. licet res, quæ mutuatur, adaptetur ad numerum, ſe-
cundum æqualitatem bonitatis, non tamen erit mutu-
um, niſi mutuetur ad numerum, ita vt actus mutua-
tionis ſit omnino ſimilis aptitudini ipſius rei, quæ mu-
29. tuatur. Exemplum in pecunia, quæ habet aptitudinem
numeri, ſi daretur in ſacculo tanquam ſpecies, non eſſet
30. mutuum, ſecundum glo. hic verſ. numerando. Com-
probatur hæc concluſio ex tex. noſtro, ponderando ge-
rundia illa, aut numerando, aut metiendo, aut appen-
dendo, quæ cùm importent neceſsitatem, vt not. in
rub. C. de edend. & habetur per Aret. in rub. infra de
action. non ſufficiet rem, quæ mutuatur, conſiſtere in
pondere, numero, vel menſura; niſi detur ponderan-
do, numerando, vel menſurando; ita vt actus nume-
rationis interueniat, vel habeatur inter contrahentes
fides de numero, vt ſi daretur pecunia numerata in ſac-

culis obſignatis prout fieri ſolet in ciuitate Venetiarũ, adhuc eſſet mutuum ſecundum Thol. hic nu. 13.

Octauum requiſitum eſt conſenſus, quòd ſcilicet vterq; contrahentium intendat celebrare mutuum .l. ſi me,
31. & Titium ff. eo. ibi, hoc .n. niſi inter conſentientes fieri non poteſt, & ideo ſi pecuniam, quaſi donaturus, dedero, tu quaſi mutuam accipias; non erit donatio, neq; mutuum, neq; ex huiuſmodi contractu transfertur dominium. Item ſi quaſi deponens pecuniam tibi dedero, tu quaſi mutuam accipias, non erit depoſitum, nec mutuum l. ſi tibi pecuniam .ff. eo. & l. cùm in corpus .ff. de acq. rer. domin., debet.n. vtriuſq; conſenſus, & voluntas concurrere, vt latius Iaſ. in d. l. ſi ego, in princ. qui verò ſint errores, qui contractum vitiant, habetur in gloſ. l. venditionibus .ff. de contrahe. emp.

Nonum, & vltimum requiſitum conſiſtit in qualitate intentionis, quòd ſcilicet animus & intentio contrahen-
32. tium mutuum ſit, vt non idem corpus, quod traditur, reſtituatur, ſed aliud eiuſdem generis .l. 2. in princ. ff. eo. ibi Mutuum damus recepturi non eandem ſpeciem quam dedimus, (alioquin aut commodatum erit aut depoſitum) ſed id genus. Quandocunq; .n. id agitur, vt eadẽ ſpecies reddatur, tunc non erit mutuũ, ſed trãſibit
33. in aliã ſpeciẽ cõtractus. Hinc querit Accurſ. hinc ĩ gloſ. verſ. & quandoq; & ord. in gloſ. 1. d. l. 2. in princ. quid ſi eadem pecunia mutuata reddatur, quia forte mutuatarius ea non indiguit, licet à principio ſubeſſet intentio reddendi non eandem ſpeciem, ſed idem genus, an ſit mutuum nec ne, & concludit eſſe mutuum, vt probat textus noſter, ibi in verbo, & quandoq;, ſufficit.n. quòd à principio eius ſit propoſiti, vt aliud reddatur. Facit pro hac opinione fortis ratio, de qua per Thol. hic nu. 14. Nam res quæ mutuo datur, ideo debet conſtare pondere, numero, vel menſura, quia huiuſmodi res functionem recipit in genere ſuo: & ſic vna pro alia ideo ſolui poteſt. aduerſus reg. l. 2. §. 1. ff. eo. quia eſt in eis tanta ſimilitudo, vt non videatur alia, ſed eademmet res reddi. Modo ſic, ſi pro re, quæ mutuatur alia redditur

ditur, ea ratione, quia ei aſsimilatur; à fortiori debet
34. poſſe reddi eademmet, quia propter quod vnũ quodq; tale; & illud magis, Auth. multo magis C. de ſacroſ. eccl. magis .n. hic attenditur principale propoſitum contrahentium, quàm id, quod poſtea incidenter contigit; quia ſi mutuo tibi pecuniam, accepturus idem
35. genus, mutuum iam eſt perfectum. vnde ſuccedit regula, quòd multa ex poſt facto conceduntur, quæ à principio non permitterentur l. patre furioſo ff. de his, qui ſui vel al. iur. ſunt. Sed ne ſuper ignotis diſputemus, obiter ſciendum eſt vobis quid ſit genus, quid
36. ſpecies, & quot modis in iure capiantur. Genus vt inquit Bart. in d. l. 2. §. 1. nu. 2. eſt ſecundum Dialecticos, quod prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, vt puta animal, quod prædicatur de æquo, leone, & ſic de pluribus ſpecie differentibus. Species verò eſt, quæ prædicatur de pluribus differentibus numero; vt puta homo prædicatur de pluribus hominibus. His ſic ſtantibus male videtur locutus I.C. in d.l.2.§. 1. dum vult, quod ea, quæ conſtant pondere, numero, vel menſura, vt vinum ſit genus, oleum ſit genus, pecunia genus; cùm potius attentis diffinitionibus prædictis ſint ſpe-
37. cies. Verùm pro ſolutione, ſciendum eſt vobis, quòd genus apud iuriſtas capitur pluribus modis: quandoq; prout ſupra. in diffinitione, prò eo, quod eſt genus apud dialecticos, quandoq; verò pro eo, quod eſt ſpecies, vt in caſu noſtro, demum pro aliqua quota, vt ſi debeatur mihi tertia vel quarta pars alicuius rei, dicitur deberi genus. exemplum in l. 1. §. pen. ff. ſi pars hæred. pet. & latius per Bart. in l. Meuius §. duorum, de leg. 2. & hęc de mutuo merè naturali; ſequitur nunc videndum.

DE MVTVO NATVRALI, CVI IVS CIVILE FAVET PER aliquam fictionem.

AD intelligentiam mutui, cui ius ciuile fauet per fictionem; quattuor erunt examinanda, quorum Pri-

mum eſt, quare ſic appelletur. Secundum, quid ſit. Tertium, quæ requirantur, Quartum, & vltimum in quibus caſibus ius ciuile faueat mutuo naturali.

QVARE SIC APPELLETVR.

MVtuum naturale, cui ius ciuile fauet per fictionem, Ideo naturale dicitur, quia vera rei, quæ pondere, numero, & menſura conſtat traditio, ita neceſſaria eſt in hoc mutuo, ſicut in mutuo merè naturali, traditio .n. actus naturalis, eſt ſufficiens ad transferendum dominium .§. per traditionem ſupra de rerum diuiſ. l. traditionibus C. de pac. Cui ius ciuile fauet per aliquã fictionem, ideo dicitur, quia licet traditio ſit actus aliàs per ſe ſufficiens ad transferendum dominium, in quibuſdam tamen caſibus non eſt ſufficiens, niſi, per aliquam fictionem ab ipſo iure ciuili inuentam, adiuuetur, ita vt obligationem, & actionem producere poſsit. Nam ius ciuile ad euitandos circuitus inutiles, fingit quandoq; traditionem ab vno factam; cùm tamen ab alio facta fuerit, Item cognita mente contrahentium, fingit traditionem ex vna cauſſa factam fuiſſe, cùm tamen ex alia facta fuerit, vt infra demonſtrabo.

QVID SIT MVTVVM NATVRALE, cui ius ciuile fauet per fictionem.

HVic mutuo conuenit prima diffinitio mutui, de qua ſupra in omnibus, præterquam in verbo vera. Ita vt rectè dici poſsit, quòd ſit contractus, qui celebratur datione ficta rei conſiſtentis in pondere, numero, vel menſura, cùm ſpe recipiendi tantundem in genere ſuo. Dictio ficta, excludit mutuum merè naturale, ex quo naſcitur obligatio & actio, abſq; aliqua iuris ciuilis fictione. In hoc .n. potiſsimum differt hæc ſpecies à præcedenti, quia ibi vera, hic ficta traditio interuenit.

QVAE REQVIRANTVR AD CONTRAhendum mutum naturale, cui ius ciuile fauet.

EAdem requiſita, de quibus ſupra, debent concurrere ad hanc mutui ſpeciem contrahendam, præterquam quòd ſimplex traditio non eſt per ſe ſufficiens ad obligandum, niſi concurrat fauor iuris ciuilis; quod tamen ſecus eſt in mutuo merè naturali, ex quo quis, poſt ſimplicem traditionem ſine aliquo iuris ciuilis fauore, obligatur.

IN QVIBVS CASIBVS IVS CIVILE faueat mutuo naturali.

1. Ius ciuile fauet mutuo naturali, quando traditio eſt inhabilis ad transferendum dominium.
2. Traditio eſt inhabilis ad transferendum dominium aut ratione cauſſæ traditionis, aut ratione perſonæ tradentis.
3. Debitum ex vna cauſſa poteſt mediante fictione iuris ciuilis conuerti in cauſſam mutui.
4. Ratione perſonæ, traditio eſt inhabilis trib' modis.
5. Traditio facta à non domino conciliatur conſumptione rei traditæ.
6. Plura ex poſt facto conceduntur, quæ re integra non permitterentur.
7. Conuẽtus ex cauſſa mutui, non poteſt referre quæſtionem dominij.
8. Si tibi debitorem meum iuſſero dare pecuniam, obligaris mihi, quãuis nummos meos nõ acceperis.
9. Mutuum factum à non habente liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem conciliatur couſumptione, vel vſucapione.

IVs ciuile fauet mutuo naturali in caſibus, in quibus traditio rei, quæ mutuatur, eſt inhabilis ad transferendum dominium rei mutuatæ in mutuatarium, ſiue inhabilitas

2. habebitur proueniat ratione cauſſæ, vt quia defectus ſit in cauſſa traditionis, ſiue ratione perſonæ, vt quia defectus ſit in perſona tradente: vt cunq; id contingat. ius ciuile ſua auctoritate ſupplet defectus traditionis.
3. Ratione cauſſæ traditio eſt inhabilis, quando debitum ex alia cauſſa, conuertitur in cauſſam mutui. Veluti, ſi cùm haberes pecuniam meam penès te depoſitam, conueni tecum, vt eam habeas mutuo; hoc caſu defectus eſt in cauſſa traditionis, quia licet interuenerit traditio; ea tamen ex alia cauſſa interuenit, quam ex cauſſa mutui. verùm quia ius ciuile attenta voluntate partium., ſuam interpoſuit auctoritatem, fingendo pecuniam penes te depoſitam, mihi redditam, & iterum, à me tibi numeratam ex cauſſa mutui, ita vt datio & numeratio videatur facta in ipſo contractu mutui, ideo obligaris mihi ex mutuo, & certi condic. conueniri poteris vt ait I, C. in l. certi condic. in fin. ff. eo. in his verbis. Depoſui aput te decem poſtea permiſi tibi vti. Nerua, & Proculus, etiam antequam moueantur, condicere quaſi mutua tibi hæc poſſe aiunt, & eſt rerum, vt Marcello vide-
4. tur. Ratione perſonæ traditio eſt inhabilis, ſi fiat à non domino, Vel ſi fiat nomine alterius; Aut demum ſi fiat à nō habente liberam bonorum ſuorum adminiſtratio-
5. nem. A non domino, veluti ſi fur nummos credendi animo dederit, accipientis non facit, quia nemo plus iuris in alium transferre poteſt, quam ipſe habet .l. nemo plus .ff. de reg. iur. ecce quod defectus eſt in perſona tradentis, ſed ſi huiuſmodi res à mutuatario fuerit conſumpta, tunc quia res non extat, quæ vendicari à domino poſsit, iuxta tex. in l. rogaſti §. fin. ff. eo. ne ſequatur abſurdum, quòd mutuatarius locupletetur cùm aliena iactura; aduerſus regulam l. nam hoc natura, de condic. indebiti, ex quadam neceſsitate ius ciuile ſuam interponit auctoritatem, & fingit mutuantem fuiſſe dominum; ita vt conſumpta pecunia, vel alia re mutuata, naſcatur condictio, vt inquit I. C.
6. in l. nam & ſi fur. ff. eo. Plura .n. ex poſt facto conceduntur, quæ re integra non permitterentur. l. parte furioſo

rioſo ff. de his qui ſunt ſui vel alieni iuris. Quod adeò verùm eſt, vt agenti certi condictione, non poſsit op-
7. poni exceptio dominij, dicendo, tu non fuiſti dominus, & ſic conuentus ex mutuo, non poterit referre quæſtionem dominij, nam, cùm recipiens cauſſam habuerit à mutuante, ipſe in dubio præſumitur dominus, vt latè per Bart. in d. l. nam & ſi fur. Faber. & Iaſ. in §. ſequens nu. 12. Infra de actio. & prout latius, quot modis mutuum rei alienæ reconcilietur, traditur per Bart. in l. 2. §. appellata ff. eo. Nomine alterius, veluti, ſi tibi de-
8. bitorem meum iuſſero dare pecuniam, hoc caſu qui tradit, cùm alieno nomine tradat, non intendit accipientem ſibi obligare, ideo ſibi actio non quæritur. is verò cuius nomine traditur, ſtricta ratione non poteſt accipientem ſibi obligare, quia ſuam pecuniam non recipit, ſed ius ciuile, cognita mente contrahentium, ſuam hoc caſu interponit auctoritatem, & fingit pecuniam à debitore creditori traditam, & deinde in mutuatarium translatam; adeò vt creditori quæratur actio. Ideo dicebat I. C. in l. ſingularia ff. eo. quod ſi tibi debitorem meum iuſſero dare pecuniam, obligaris mihi, quamuis
9. nummos meos non acceperis. Demum, inhabilis eſt traditio ad transferendum dominium, ratione perſonæ tradentis: ſi fiat à non habente liberam bonorum ſuorum adminiſtrationem. Veluti, ſi pupillus ſine tutoris auctoritate, furioſus, prodigus, cui bonis eſt interdictum, & aliæ huiuſmodi perſonæ alienare prohibitæ, ſi mutuauerint, non obligant accipientem; quia in eum non transferunt dominium rei mutuatæ. ſi tamen ſequatur conſumptio, vel vſucapio rei mutuatæ, ne mutuatarius locupletetur cum iactura alterius, aduerſus regulam l. nam hoc natura de condic. indeb, Ius ciuile fingit dominium rei mutuatæ in accipientem fuiſſe translatum, adeò vt mutuum, quod à principio non obligat accipientem, vſucapione, vel conſumptione concilietur, vt probat tex. in l. ſi à furioſo. ff. eo. & hæc de mutuo naturali cui ius ciuile fauet per aliquam fictionem.

Superſunt

SVPERSVNT ADHVC DVO VIDENDA, QVAE COMMVNIA SVNT vtriuſq; ſpeciei contractus mutui quorum primum eſt.

QVAE ACTIO INDE ORIATVR.

1. Mutuum & eius intereſſe petitur certi condictione ſpeciali.
2. Differentia inter conditionem & condictionem.
3. Conditio eſt qualitas.
4. Condictionis nomen conuenit omni actioni perſonali.
5. Condictionum, aliæ tranſiuerunt in ſpeciale nomen, aliæ verò non.
6. Condictio profertur cùm adinncto ad hoc, vt diſcetnatur vna ab alia.
7. Certi condictio duplex, generalis & ſpecialis.
8. Ex mutuo qualiter competat certi condictio cùm debeatur genus, quod eſt quid incertum.
9. Qualiter cognoſcatur, an fuerit intentata ſpecialis, vel generalis certi condictio.

EX contractu mutui, ſiue de vna, ſiue de altera ſpecie loquamur, oritur actio appellata Certi condictio ſpecialis, vt hic in gloſ. poſt tex. in verſ. condictio, & probatur in l. certi condictio .ff. eo. quæ datur non ſolum ad principale, ſed etiam ad intereſſe conſequendum, vt hic communem fatetur Bel. nu. 26. & tenuit Bart. in d.
2. l. certi condictio nu. 30. Ad cuius intelligentiam ſciendum eſt vobis, quòd differunt inter ſe conditio per t. & condictio per t. & c. ſecundum gloſ. in l. legem C. de
3. pact. nam conditio eſt qualitas quædam ſuſpendens natiuitatem obligationis, & actionis, & de iſta loquitur
4. tit. ff. de conditio. & demonſtr. Condictio verò per t. & c. eſt nomen conueniens omni actioni perſonali, prout

& vendicatio eſt nomen conueniens omni actioni reali, vt habetur in l. actionum genera ff. de actio. & oblig. Dicta autem eſt cōdictio à verbo condicere, quod componitur ex cum, & dicere quaſi ſimul dicere, priſca lingua idem quod denuntiare: nam antiquitus, dum quis aliquem haberet ſibi obligatum, priuſq; illum conuenire poſſet, tenebatur ei denuntiare, vt ſolueret, prout dicit Imperator in §. ſic itaq; verſ. appellamus Infra de
5. actio. Animaduertendum tamen eſt, quòd condictionum quædam tranſiuerunt in ſpeciale nomen, ſecundum Iaſ. in d. l. certi cōdictio nu. 5. huiuſmodi eſt actio ex empto, & vendito, locato &c. id genus aliæ, quæ non appellantur nomine generis, ſed ſpeciei; & iſtæ largè dici poſſunt condictiones, quædam vero remanſerunt ſub nomine generis, ita vt condictiones adhuc appel-
6. lentur. Vt vna tamen diſcernatur ab alia, cautum eſt, vt proferantur cum adiuncto: veluti condictio ob cauſſam, condictio triticaria, condictio ex lege, certi condictio. Certum autem id dicitur, quod conſtat quid, quale, quantumuè ſit vt declarat I. C. in l. vbi autem ff. de verb. oblig. Certi condictio autem nihil aliud eſt, quam actio perſonalis, per quam certam ſpeciem, vel quantitatem petimus, & certum condicere, eſt rem certam petere, actione perſonali, & prout latius Iaſ. loco
7. ſupra cita. Deueniendo nunc ad propoſitum gloſ. hic verſ. condictio, an ſcilicet vna, vel plures ſint certi condictiones, reſp. cum Iaſ. in d. l. certi condictio poſt num. 12. vbi ait, teneas quam partem velis, nullius aut modicæ eſt vtilitatis, Vltramontani .n. tenent vnicam eſſe certi condictionem. Citramontani verò duplicem generalem ſcilicet, quæ datur ex omni contractu, & obligatione, ex qua certum quid petitur, & ſpecialem, quæ datur ex contractu mutui, ad ita tenendum mouentur hac ratione, quia cum omnes contractus iuriſgentium approbati à iure ciuili producant ſpecialem actionem, videretur abſurdum, quòd pro mutuo contractu adeò frequenti, & quod habet elegans, & ſpeciale nomen; nulla prodita eſſet ſpecialis actio.

O Sed

Sed hic contingit dubitare de duobus, primo quomodo 8. detur hæc certi condictio pro mutuo, ex quo obligamur ad idem in genere, vt probat l. 2. in princ. ff. eo. genus verò eſt quid incertum l. in ratione la 2. §. incertè ff. ad legē falcid. Reſp. quòd, habita relatione ad id, quod datum fuit, dicitur deberi certum; ſecundum gloſ. verſ. appellatio l. vbi autem ff. de verb. oblig. adeo vt cùm in eadem quantitate, qualitate, & bonitate tantundem reddi debeat; dicatur certum deberi. Secundò quomodo cognoſcatur an fuerit intentata ſpecialis vel generalis certi condictio, & reſp. quòd ex medio concludendi cognoſcitur qualitas intentatę actionis l. non debet in fi. vbi DD. ff. de dolo. nam ſi fuerit intentata generalis certi condictio, vt puta ex ſtipulatione deſcendens, medium concludendi erit, quia interuenit ſtipulatio; ſi verò ſpecialis ex mutuo, tunc medium concludendi erit, quia mutuaui; & numeraui. Plura circa hanc certi condictionem dicenda ſupereſſent, quæ tamen omitto dicenda in §. ſequens Infra de action. vbi eſt locus ſuus, ne dos, alienis titulis debita, detrahi videatur. Secundò videndum ſupereſt.

AD QVID MVTVATARIVS TENEATVR, ſiue quid ſoleat præſtari in contractu mutui.

1. Mutuatarius tenetur de dolo, culpa, & caſu, & ad intereſſe, ſi conſtituatur in mora.
2. Periculum caſus fortuiti ſpectat ad dominum.
3. Genus nunquam perit.

IN mutuo præſtantur ea tria, de quibus ſupra in §. fi. tit. præced. dolus ſcilicet, culpa, & caſus fortuitus; debitor .n. tenetur reddere tantundem in genere ſuo, licet caſu fortuito res mutuo accepta perierit, tantùm abeſt, quòd aliquo caſu, vel culpa excuſetur à ſolutione eiuſdem generis in eadem quantitate, qualitate, & bonitate. Ratio eſt duplex, altera nempe, quia mutuatarius iam factus eſt dominus rei mutuatæ, cùm in mu-

2. tuo dominium transferatur in accipientem l. 2. §. appellata .ff. eo. ſed periculum caſus fortuiti ſpectat ad dominum .l. quæ fortuitis, & .l. pignus C. de pignor. actio.ergo &c. Altera autē eſt ratio, q̄a mutuatarius eſt debitor generis, tenetur .n. tantundem in genere, non autem eandem ſpeciem reddere d. l. 2. in princ. non mirum ergo ſi à ſolutione non excuſabitur eo prætextu, quòd res mutuo accepta caſu fortuito perierit,cùm ge-
3. nus perire non poſsit l. incendium C. ſi cert. pet. His addo intereſſe, quòd mutuatarius, qui conſtituitur in mora ſoluendi,præſtare tenetur,vt tradunt DD.hic poſt gloſ. in verb. cōdictio, & ordin. Iaſ. in l. certi condictio nu. 36. ff. eo.

DECLARATVR GLOSA PRIMA.

OCcaſione iſtius gloſæ, quæ teſte Bel. hic nu. 10. tractat quæſtionem, quæ eſt de apicibus iuris; Quot ſcilicet modis pacta nuda veſtiantur, aliqua præmittam, quæ vobis proderunt ad cognitionem multorum, quæ circa materiam contractuum dicere contigerit, & imprimis quæram, quid eſt pactum, & vnde dicatur. deinde quotuplex ſit,& quos producat effectus, Poſtremo deueniam ad quæſtionem gloſ. & de his omnibus latè per Azo. in ſumma C. de pac.

QVID EST PACTVM ET vnde dicatur.

1. Conuentionis nomen aliquanto generalius eſt,quā pactionis.
2. Pactū eſt nomē gn̄rale cōueniēs vnicuiq; cōtractui.
3. Quando pactum tranſit in aliquam ſpeciem contractus,aſſumit ſibi nomen illius contractus,aliàs remanet ſub generali nomine pacti.
4. Traditur diffinitio pacti.
5. Pactum dicitur quaſi ad pacē habendam factum.

PRiuſquam ad pacti diffinitionem accedamus, ſciendũ eſt vobis pactum, pactionem, & conuentionem, ferè idem importare, quamuis conuentionis nomen aliquanto generalius eſſe dixerit I. C. in l. prima ff. de pact., cum non ſolum conuenire dicantur, qui inter ſe pactum faciunt, ſed qui ex diuerſis locis in vnum col-
2. liguntur, & veniunt. Item ſciendum eſt, pactum eſſe nomen generale, conueniens cuilibet conuentioni, & contractui, adeo vt omnis contractus poſsit compre-
3. hendi hoc generali nomine pacti. Sed quando pactum tranſit in aliquam ſpeciem contractus, tunc non denominatur amplius nomine generis, ſed aſſumit ſibi ſpeciale nomen illius contractus. Ideo ſi vendidi tibi rem aliquam, relicto nomine generali pacti, appellabitur emptio, quia eſt dare huic contractui hoc ſpecificum nomen, prout ſi velimus ſignificare hominem, non dicemus animal, quod eſt nomen generis, ſed nomine ſpeciali denominabimus, Vbi verò pactum non tranſit in aliquam ſpeciem contractus, ſed remanet in puris terminis ſimplicis conuentionis & placiti; quod ſæpe accidit, cùm plura ſint negotia, quàm negotiorum & rerum vocabula l. 4. ff. de præſcrip. verbis, tunc remanet ſub nomine generis, & in hac generali ſignificatione ſumitur pactum ff. C. & ex. de pac.

Pactum ergo, ita vt ſupra generaliter ſumptum, ſic diffinitur de mente I. C. in l. 1. ff. de pac., vt ſit duorum plu-
4. riumuè in idem placitum & cõſenſus. ſic dictum à pac-
5. tione; vnde & pacis nomen appellatum eſt, & pactum quaſi ad pacem habendam factum dici, probat tex. in c. pactum de verb. ſign.

PACTVM QVOTVPLEX, ET QVOS producat effectus.

1. Pactum aliud nudum, aliud veſtitum.
2. Pactum nudum quid.
3. Effectus nudi pacti tàm de iure ciuili quàm de iure canonico.

4. Inter

4. Inter ſimplicem loquelam, & iuramentum Deus non conſtituit differentiam.
5. Pactum veſtitum quid, & quę producat effectum.

PActum aliud dicitur nudum; aliud verò veſtitum, ita illud diuidunt communiter DD. in l. iuris gentium §.
2. igitur nuda ff. de pact. l. legē C. eo. & c. 1. ex. eo. pactū nudum illud dicitur, quod remanſit in meris & puris terminis ſimplicis conuentionis, nec tranſiuit in proprium nomen contractus neq; formam, ſolemnitatem, aut legis auxilium habuit, vnde robur, & efficaciam ad producendam actionem aſſumpſerit. Nam ſicut ille dicitur nudus, qui talis eſt, qualis proceſsit de vtero matris, & veſtimenta non habet, ita & pactum illud dicitur nudum, quod caret veſtimentis à lege inuentis, lex enim adinuenit certas formulas, & ſolemnitates, quibus pacta firmantur inter homines, ita vt quando pactum non habet aliquod ex his veſtimentis, tunc nudum dicatur; Exemplum ſi nulla interueniente rei traditione, nullaq; præcedente ſtipulatione, ſine cauſſa, promiſero tibi mutuare pecuniam, tunc non eſt mutuum, quia res non interuenit, nec ſtipulatio, quia ſine interrogatione præcedenti promiſi, nullaq; iuſta cauſſa promittendi præceſsit, minuſq; aliquod legis auxilium interuenit, ideo nuda conuentio dicitur: plura exempla
3. nudi pacti habentur per DD. in locis præallegatis. Effectus nudi pacti eſt, non vt actionem producat, ideo, ſi pacto tibi aliquid promiſero, non potes me ex illo pacto in iudicium conuenire. Nam ſicut ex traditione ſine cauſſa facta, quæ nuda dicitur, dominium non transfertur l. nunquàm nuda ff. de acquir. rerum domin. Itē ſicut confeſsio debiti ſine cauſſa facta, nuda eſt, & non præiudicat l. cùm de indebito §. fi. ff. de probat. ita & pactum, quo aliquid promittitur ſine cauſſa, vel quod demum non habet aliquod ex veſtimentis à lege inuentis, nudum dicitur: ideò efficaciam ad agendum non habet, ſed producit exceptionem ad liberandum aptā; ideò ſi cùm mihi aliquid deberes, per nudum pactum promiſero me non petiturum debitum, ſi poſtea à te

petam; mihi agenti obſtabit exceptio pacti de non pe-
4. tendo l. ſi vnus §. pactus ne peteret .ff. de pact. Declaratur hæc concluſio, vt procedat de iure ciuili, quia inter ſimplicem loquelam, & iuramentum Deus non conſtituit differentiam c. iuramenti 22. q. 5. plures limitationes ad hanc concluſionem vide in gloſ. verbo. nulla §. de conſtituta Infra de action.

Pactum veſtitum ſecundum Aret. hic nu. 3. eſt conuentio duorum vel plurium, quæ in ſolius placiti finibus non ſtans, tranſit in proprium nomen cõtractus, indeq; formam, ſolemnitatem, vel cauſſam aſſumit, vnde robur, & efficaciam ad agendum conſequitur. leges .n., vt ſupra dixi, quaſdam ſolemnitates introduxerunt; quæ veſtimenta appellantur, adeo vt quoties pactum fuit firmatum aliquo ex veſtimentis à lege inuentis, tunc dicatur veſtitum, cuius effectus eſt, tam actionẽ, quam exceptionem, parere.

QVOT MODIS PACTA NVDA veſtiantur.

1. Nouem eſſe pactorum veſtimenta.
2. Qualiter pactum nudum veſtiatur, re, verbis, & litteris.
3. Quomodo pactum nudum veſtiatur conſenſu.
4. Quòd non ſit dare veſtimentum conſenſus, late probatur.
5. Equus defferratus ille propriè dicitur, qui antea fuerat ferratus.
6. Veſtitum impropriè dicitur quod nunquam fuit nudum.
7. Pactũ propriè dicitur veſtiri rei interuentu & nu. 8.
8. Differentia inter contractum, qui re; & contractum, qui rei interuentu veſtitur.
9. Qualiter pactum nudum veſtiatur coherentia contractus.
10. Iuramento pactum veſtiri.
11. Item legis auxilio qualiter pacta veſtiantur.

12. Qualiter

12. Qualiter pactum veſtiatur rei principio.

PLura eſſe pactorum veſtimenta colligo ex DD. poſt gloſ. hic & ordine ex gloſ. in l. iuriſgentium §. quinimmò vbi Bart. nu. 12. & Iaſ. nu. 13. & 14. ff. de pac. ego nouem referam, & primò pactum nudum veſtitur
2. re, vt in contractibus, de quibus in hoc titulo. Nam ſi promiſero tibi mutuare, commodare, aut aliquid penes te deponere, ex ſimplici conuentione non contrahitur mutuum, commodatum; aut depoſitum; aliud .n. eſt contractus, aliud promiſsio de contrahendo, vt ſupra habuimus in princ. tit. Sed ſi res poſtea, quę promiſſa eſt interuenerit, tunc pactum, quod eſt nudum, veſtitur re, ita vt obligatio & actio inde oriatur. Secundò veſtitur verbis ſeu verborum ſolemnitate, quod fit per ſtipulationem, interrogatione præcedente, & reſponſione ſubſequente, vt Infra de verb. oblig. dicemus. Tertiò veſtitur litteris vt Infra de litterarum oblig., nam ſi quis per ſcripturam confiteatur, ſe habuiſſe mutuo, quod re vera non habuit, ex hac ſcriptura naſcitur obligatio litterarum, & ideo confeſsio illa dicitur veſtiri litteris, alias ſi res interuenerit, re dicitur pac-
3. tum veſtiri. Quarto veſtitur conſenſu in quattuor contractibus enumeratis Infra de oblig. ex conſenſu, nam licet in omnibus conuentionibus interueniat cōſenſus, in iſtis tamen ſolus conſenſus perficit obligationem. Exemplum in venditione, & emptione ſtatim vbi conuentum eſt de merce, & pretio, re licet integra, perfectus eſt contractus emptionis, & nata eſt obligatio &
4. actio vt Infra de emp. & vēd. habebimus. Sed poſſet aduerſus prædicta quis opponere, quòd immo non ſit dare veſtimentum conſenſus, quia cùm omne pactum habeat in ſe conſenſum l. 1. de pactis: ſequeretur abſurdum, quòd omne pactum eſſet veſtitum; Augetur difficultas ex verbis Bart. in l. iuriſgentium §. quinimmò nu. 14. ff. de pac. dum vult quòd pactum illud dicatur nudum, quod ſtat in puris finibus conuentionis. Veſtitum verò, cui poſt originem vel in ſui origine aliquid

ſuperadijcitur

ſuperadijcitur, illud quod ſuperadijcitur dicatur veſtimẽtum, ſed contractibus, qui conſenſu perficiuntur, vltra pactum nihil præter nomen adijcitur, vnde ſequeretur, quòd potius nomine, quam conſenſu tale pactum
5. diceretur veſtiri; faciunt quæ in ſimili dicit Faber. hic, quòd Equus ille dicitur deferratus, qui antea erat ferratus, ſic & pactum illud conſenſu veſtitum dici deberet, quod ſemel fuit nudum, ſed huiuſmodi pactum, quod conſenſu veſtitur, non eſt aliquo modo conſiderabile ſine veſtimento, ergo non eſt dare veſtimentum conſenſu. Ad hanc difficultatem plures accomodantur reſponſiones, prior eſt Fabr. hic nu. 2. quòd pactum nudum in contractibus, qui conſenſu perficiuntur, poterit verificari, vt in pacto de vendendo, de locando; veſtitum verò, quando partes conſenſerunt in mercem: vt rei pretium. vel aliter ſecundum Thol. hic nu. 9. quòd nudum pactum in contractibus, qui conſenſu perficiuntur, dicatur, dum contractus ſunt in habitu, ſiue in fieri; veſtitum verò, dum ſunt in actu, ſiue iam facti & perfecti. Aut demum ſecundum Azo. in ſumma C. de pact. nu. 16. reſponderi poteſt, quòd veſtitum capiatur propriè, & impropriè: primo caſu veſtitum illud dicitur, quod antea nudum fuit, prout in pacto, quod veſtitur cohærentia contractus, de quo Infra dicemus, & hoc modo non dicitur pactum veſtiri conſen-
6. ſu. Secundo verò caſu impropriè loquendo, veſtitum dicitur, quod nunquam fuit nudum, ſed in ſui principio veſtimenta habere cœpit. & hoc modo pactum dicitur veſtiri conſenſu in quattuor contractibus, de quibus Infra tit. de obligationibus ex conſenſu & hoc mo-
7. do ceſſant contraria. Quinto pactum nudum veſtitur rei interuentu, vt in contractibus innominatis, veluti, ſi conueni tecum de permutando veſtem meam cum tua, talis conuentio à principio nuda eſt & non præiudicat, quin re adhuc integra locus ſit pœnitentiæ l. ſi pecuniam in princ. ff. de cond. cauſſa data l. ex placito C. de rerum permutatione; Sed ſi altera partiũ adimpleuerit tradendo veſtem; tunc pactum, quod erat nu-

dum

dum dicitur veſtiri rei interuentu, adeo vt pars, quæ adimpleuit, habeat actionem præſcriptis verbis aduerſus alteram partem, vt ipſa quoq; adimpleat l. natura-
8. lis §. at cùm do. ff. de præſcrip. verb. Differt contractus qui re, ab eo, qui rei interuentu veſtitur, in hoc potiſſimum, quia prior tunc veſtitur dum quis paciſcitur, adeò vt non videatur conſiderabilis abſq; re, ſed poſterior longe poſtea veſtitur cùm ſit traditio, ita vt ſit bene conſiderabilis abſq; re. hinc dicunt DD. quòd hoc caſu pactum dicitur propriè veſtiri, cùm antea eſſet nudum.
9. Sexto, pactum nudum in continenti appoſitum veſtitur coherentia contractus: ita vt nouam producat actionē præſcrip. verbis, & veterem informet l. petens C. de pac. & l. iuriſgentium §. quinimmo ff. de pac. vt poteſt poni exemplum in accidentalibus contractus, veluti in pacto de retrouendendo appoſito iuxta contractum emptionis, de quo in l. 2. C. de pact. inter emptorem
10. & venditorem compoſ. Septimo pactum nudum veſtitur iuramēto l. vt iuriſiurādi ff. de operis libertorum, & ibi gloſ. verſ. ſiue poſt tempus, & inde oritur actio
11. in factum l. actori C. de reb. cred. Octauo, pactum, nudum veſtitur legis auxilio, vt poteſt dici de omni nudo pacto producente actionem. Exemplum hodie in pacto nudo donationis quòd producit actionem §. aliæ autem donationes ſupra de don. plura exempla videas in
12. gloſ. §. de conſtituta Infra de action. Nono, & vltimo pactum nudum veſtitur rei principio, vt in pacto facto reip. vel piæ cauſſæ ſine cauſſa l. 1. verſ. item ſi ff. de pollicit. Item ſi ſine cauſſa promiſerit (inquit ibi tex.) cœperit tamen facere, obligatus eſt qui cœpit, cœpiſſe ſic accipimus, ſi fundamenta iecerit, uel locum purgauerit. & hæc de contractu mutui. ſequitur nunc videndum.

P DE

DE INDEBITO.

Ex §. is quoq;

SEcundus contractus, qui re celebratur, dicitur indebitum; quod tunc contrahitur. quando quis per errorem ſoluit, quod non debet; vnde poſtea oritur actio dicta. condictio indebiti, de qua loquitur tit. ff. & C. de condic. indeb. per quam ad id, quod quis indebitum recepit, vna cùm fructibus & acceſsionibus reſtituendum tenetur, ſic dictante naturali ratione, & æquitatè; quæ non patitur quenquam cùm alterius detrimento fieri locupletiorem l. nam hoc natura ff. de condic. indeb. l. iure naturæ de reg. iur. c. locupletari, de reg. iur. in 6. Sed pro perfecta doctrina iſtius tex., videndum nobis erit de pluribus, & primo quid eſt indebitum. Secundo quotuplex ſit; & quando ſolutum repeti poſsit. Tertio, qua actione petatur. Quarto quæ ſint eius actionis requiſita. Quinto, ad quid detur dicta actio. Sexto, & vltimo quando ceſſet. & ex his habebitis plenè declaratam materiam textus & gloſarum.

QVID EST INDEBITVM.

1. Indebitum non contrahitur niſi accedente ſolutione rei indebitæ.
2. Solutio indebiti an ſit diſtractus, vel contractus.

INdebitum eſt pecuniæ, ſeu rei non debitæ per errorem, ſiue dubitationem, facta ſolutio, per quam accipiens conuentus tenetur ad eius reſtitutionem, cum omnibus fructibus & acceſsionibus, in quantum inde factus eſt locupletior. Dixi ſolutio, quia ad indebitum reſtituendum quis non obligatur, niſi realis ſolutio acceſſerit, & ſic res interuenerit, quæ indebitè ſoluitur. Dixi per errorem, ſiue dubitationem, quia, ſi ſciens quis indebitum, ſoluerit, donaſſe videtur. l. cuius per errorem de reg. iur. Ideo tunc repetitio ceſſat l. 1. in fi. ff. eo. de condic.

2. condic. indeb. Sed aduerſus hanc deſcriptionem quatenus in ea dicitur, quòd ſolutione quis obligatur, poſſet aliquis opponere, quod immò ſolutione tollitur, non autem contrahitur obligatio §. 1. Infra quib. mod. tollit oblig. Reſponderi tamen poteſt, quòd licet ſolutio ad diſtrahendum potius quam ad contrahendum tendat, tacitè tamen inter ſoluentem, & recipientem agi videtur de indebito reſtituendo. Propterea dicebat I. C. in l. is qui §. fin. ff. commod. quòd plerunq; accidit, vt extra id, quod agitur, tacita obligatio naſcatur, veluti cùm per errorem indebitum ſoluendi cauſſa datur. quo fit, vt ſi verus animus inſpiciatur ſit diſtractus: quia indebitum oritur præter propoſitum partium, ſin verò præſumptus à lege ſit contractus.

QVOTVPLEX SIT INDEBITVM. & quando ſolutum repeti poſsit.

1. Quattuor ſunt ſpecies indebiti.
2. Indebitum vtroq; iure tam naturali, quam ciuili, quattuor modis contrahitur vſq; ad num. 5.
3. Quòd debetur ſub conditione dubia, & incerta pendente conditione perinde eſt ac ſi nullo iure deberetur.
4. Solutum, pendente die aut conditione certa, nō repetitur tanquam indebitum, & quare.
5. Solutum pretextu alicuius contractus, cui lex ciuilis expreſſe reſiſtit, quare repeti poſsit.
6. Indebitum naturaliter, ſed ciuiliter tantùm debitum, qualiter contrahatur.
7. Quttuor exempla indebiti naturaliter, ſed ciuiliter debiti ſucceſsiuè recitantur.
8. Concillatur Bart. ſibi contrarius.
9. Indebitum vtroq; iure, vel naturaliter tantum indiſtinctè repetitur.
10. Vbi agitur de damno vitando nullus error etiam improbabilis nocet.
11. Renuntians beneficio condictionis indebiti, niſi

fuerit certioratus repetit indebitè ſolutum.

12. Indebitum ciuiliter, ſed naturaliter debitum qualiter contrahatur.

13. Naturalis obligatio ſola oritur ex cõtractibus quibus lex ciuilis non adſiſtit, neq; reſiſtit.

14. Tribus modis poteſt contingere, quod lex ciuilis non adſiſtat, neq; reſiſtat diſpoſitionibus hominum, & propterea ſola naturalis oriatur obligatio. vide ibidem, quia plura exempla recitantur.

15. Indebitum naturaliter, ſed ciuiliter debitum, an & quando ſolutum repeti poſsit.

16. Quilibet tenetur ſcire leges per ſe vel per alium.

17. In pupillo, furioſo, prodigo, & muliere tolleratur iuris ignorantia.

18. In facto proprio non eſt tollerabilis ignorantia.

19. Indebitum ope exceptionis, ſed vtroq; iure debitum qualiter contrahatur.

20. Tres ſunt exceptiones quæ ſupponunt vtroq; iure debitum.

21. Exceptio temporalis & dilatoria, ſupponit vtroq; iure debitum, & ibi exempla recitantur.

22. An ſolutum, in caſu prædictæ exceptionis, repeti poſsit.

23. Exceptio perpetua eſt duplex, & an ſolutum in caſu huius exceptionis repetatur.

24. Odia reſtringi, fauores autem conuenit ampliari.

25. Quænam ſit exceptio inducta ad rigorem iuris conſeruandum, & an ſolutum in caſu huius exceptionis repetatur.

GLoſa in l. 1. ff. eo. tres indebiti ſpecies recenſet, Indebitum ſcilicet naturale & ciuile ſimul, naturale
1. tantum, & ciuile tantum. His quartam ſpeciem addit gloſ. in l. cùm quis C. de iur. & fact. ignor. indebitum ſcilicet ope exceptionis, licet vtroq; iure debitum, cùm hac gloſ. Bart. in d. l. 1. pertranſire videtur, ſimilem gloſam habemus in c. fi. vbi Abb. ex. de ſolutio: Prior indebiti ſpecies tunc contrahitur, quando aliquid

2. ſoluitur alicui, cui nullo iure naturali, aut ciuili, nec ſuo nec alieno nomine, ſoluens erat obligatus; vel ſi erat obligatus, liberatus eſt ſolutione, acceptilatione, nouatione, aut alio ex his modis, quibus tollitur obligatio, de quibus Infra tit. quib. mod. tol. oblig. aut ſi adhuc eſt obligatus: non tamen pura eſt obligatio, aut
3. in diem certum, Sed ſub conditione dubia, & incerta; quia tunc pendente conditione perinde eſt ac ſi nullo iure deberetur. l. ſub conditione ff. eo. l. cedere diem ff. de verb. ſign. Exemplum, ſi nauis ex Aſia venerit, ſi
4. titius conſul factus fuerit. Quòd ſi in diem, aut ſub conditione certa, aliquid debeatur, Exemplum ſi Titius morietur, ſi Antechriſtus naſcetur, tunc cùm certum ſit rem futuram debitam, huiuſmodi promiſsio pro pura habetur, vt ait I. C. in l. ſi pupillus §. qui ſub conditione ff. de nouatio: ideo, ſi ante diei aut conditionis euentum ſolutum fuerit non repetitur tanquam indebitum d. l. ſub conditione cùm duabus ſeq. Nam hoc caſu ante conditionis euentum nata videtur obligatio, licet ſuſpendatur executio, quouſq; conditio aduenerit, vt tenuit Thob. ſupra in §. 1. de oblig. in gloſ.
5. neceſsitate nu. 60. Aut demum quando quis ſoluit prætextu alicuius contractus ſiue diſpoſitionis, cui lex ciuilis expreſsè reſiſtit, quo caſu nulla nec naturalis nec ciuilis oritur obligatio l. non dubium C. leg. l. pacta, quæ contra C. de pactis, veluti ſi pupillus contraxerit cùm tutore, ſi quis cùm prodigo cui bonis eſt interdictum, & prout ſupra tit. præced. circa naturalem obligationem ſecundariam habuimus ſub cap. quotuplex ſit; his in caſibus ſi quid ſoluatur, dicitur contractum fuiſſe indebitum vtroq; iure, quia ſoluens nullo iure debebat. Erit ergo indebitum vtroq; iure contractum, quando aliquid ſoluitur, quod nullo iure debetur, vel debetur, ſed ſub conditione incerta, aut pretextu alicuius contractus, ſiue diſpoſitionis, cui lex ciuilis expreſsè reſiſtit; ſed an ſolutum hoc caſu repetatur; dic vt Infra in ſeq. ſpecie.

Secunda ſpecies indebiti tunc contrahitur, quando id quod

6. quod ſoluitur, ciuili tantum iure debebatur, naturaliter verò erat indebitum, vt quia ſoluens ex ſola iuris ciuilis diſpoſitione, deficiente naturali æquitate, erat
7. obligatus. Exemplum in eo, quod ſoluitur virtute chirographi ſub ſpe futuræ numerationis confecti, vnde ante biennium ſecundum communem opinionem, nata eſt ciuilis obligatio ſola, vt Infra de litterarum oblig. in gloſ. obligetur. Aliud exemplum poteſt poni in eo, qui cùm ciuiliter & naturaliter eſſet obligatus, fecit cùm ſuo creditore pactum de non petẽdo ſibi debitum, per quod tollitur naturalis obligatio, & remanet ciuilis ſola iuxta tex. in l. ſi vnus §. pactus ne peteret. ff. de pactis; ſi poſt huiuſmodi pactum quis ſoluerit, dicitur ſoluiſſe indebitum naturaliter; cùm iam naturalis obligatio fuiſſet pacto ſublata, licet ſoluerit ciuiliter debitum; Idem pariter dici poteſt ſecundum Bart. in d. l. 1. nu 74. de eo qui ſoluit id, ad quod tenetur ex ſententia condemnatoria iniuſta, quia ſententia inducit ciuilem, ſed non naturalem, vt probat textus
8. in l. Iulianus in princ. ff. eo. licet ibidem Bart. nu. 27. contrarium tenuerit, quod immò ex huiuſmodi ſententia oriatur naturalis, propter eam æquitatem iuri ſgentium, quæ eſt vt maiorib. pareamus; ſed quia naturalis æquitas in ſpecię ei reſiſtit, quæ non patitur, quemquam cùm alterius detrimento fieri locupletiorem l. nam hoc natura ff. eo. & eam reddit inefficacem, ideo perinde eſt, ac ſi ſententia nullam naturaliter induceret obligationẽ, argum. l. nihil intereſt de reg. iur. & ita credo conciliandum Bart. Idem poſtremò dici poteſt de eo, quod debetur ex contractu ſtricti iuris vi, dolo, metu, aut per errorem celebrato; huiuſmodi .n. contractus, ciuilem ſolam inducunt, non naturalem obligationem, §. 1. Infra de except. & in ſumma; Vbicunq; quis iure tantum ciuili obligatus, ſoluerit; dicitur contraxiſſe indebitum naturaliter, licet ſoluerit ciuiliter debitum.

Supereſt nunc videre, an ſolutum repeti poſſit, qua in re
9. concludite, quòd ſiue ſit indebitum vtroq; iure, ſiue

naturaliter tantum, quod ſolutum eſt, poteſt indiſtinctè repeti, vel ſolutum fuerit per ignorantiam iuris, vt quia ſoluens credebat ſe poſſe ad ſoluendum compelli, vel per ignorantiam facti, vt puta quia ſoluens credebat ſe contraxiſſe, cum tamen, non contraxiſſet, ſiue hæc ignorantia ſit probabilis, vt quia proueniat ex facto alieno, in quo eſt tollerabilis ignorantia l. qui in alterius. de reg. iur. ſiue ſit improbabilis, vt quia proueniat ex facto proprio, in quo non admittitur ignorantia l. quiſquis C. de reſcind. vend. indiſtinctè poterit,
10. quod ſolutum eſt, repeti, Ratio, quia agitur de damno vitando, nempe de indebitè ſoluto recuperando, quo in caſu nullus error etiam improbabilis nocet l. ſed & ſi me putem ff. eo. l. iuris ignorantia iuncta l. error. ff. de iur. & fact. ignor. ita ſignanter limitat Socin. prædictam regulam in reg. 175.

Ampliatur hæc concluſio ita declarata, vt procedat, etiam
11. ſi ſolutio indebiti facta fuiſſet cùm expreſsione clauſulæ, quòd ſoluens renunciat beneficio condictionis indebiti, quia non obſtante huiuſmodi renuntiatione, indebitè ſolutum adhuc repeti poterat l. fi. §. idem queſijt ff. eo. vbi Bart. & latius Iaſ. in l. 1. nu. 9. ff. eo. Ratio hæc eſt, quia nemo cenſetur renuntiare iuri, quod ignorat habere. l. fi. §. ſin autem neſcius C. de furt. & ideo ad euitandum iſtud obiectum, ſolent cauti notarij certiorare renuntiantem de tenore huiuſmodi condictionis indebiti, faciendo mentionem certiorationis in inſtrumento ſolutionis.

Ampl. ſecundo vt procedat non ſolum in ſoluente, ſed ét in eius hærede, alteruter .n. poterit indebitum condicere l. 5. C. eo.

Lim. nunc prædicta concluſio in aliquibus caſibus, in quibus indebitè ſolutum non repetitur, de quibus hic in gloſ. verſ. accepiſſet, ſed de eis aptius Infra in vltima quæſtione dicemus.

Tertia nunc indebiti ſpecies contrahitur, quando aliquid
12. ſoluitur, quod naturali tantùm, non autem ciuili iure debebatur, prout euenit, quoties quis aliqua conuentione

uentione tenetur, cui lex ciuilis non adſiſtit, nec etiam expreſſe reſiſtit, ſciendum etenim eſt vobis, quòd olim
13. antequam eſſet ius ciuile, non erat niſi debitum naturale; & reddebatur ius manu regia l. 2. ff. de orig. iur. poſtea ſuperuenit ius ciuile, & quoſdam contractus approbauit, ex quibus vtraq; oritur obligatio, quibuſdã reſiſtit, & ex his nulla naſcitur obligatio, vt ſupra in prima indebiti ſpecie habuimus; quibuſdam verò neutrum facit, neq; adſiſtit neq; reſiſtit, & ex his ſola naturalis, non autem ciuilis oritur obligatio: ideo ſi quis ſolueric virtute huiuſmodi obligationis naturalis ſolæ, dicitur ſoluiſſe debitum naturaliter, ſed ciuiliter indebitum.

Tribus autem modis poteſt contingere quod lex ciuilis nõ
14. adſiſtat nec etiam expreſsè reſiſtat conuentionibus, ſiue diſpoſitionibus hominum vt ſupra habuimus in tit. de oblig. primo ratione nudæ & ſimplicis conuentionis & pacti, quod non tranſiuit in proprium nomen contractus, de cuius exemplis latè ſupra in gloſ. 1. §. præced.; ſed quia pactum nudum ſolam naturalem propter conſenſum, & æquitatem ſeruandæ fidei producit obligationem, non autem, ciuilem, quia lex ciuilis non adſiſtit l. iuriſgentium §. ſed cum nulla verſ. igitur nuda ff. de pact. Ideo ſi quis ſoluerit, quod nudo pacto debet, dicitur ſoluiſſe naturaliter debitum, ſed ciuiliter in debitum. Secundo ratione conditionis quarundam perſonarum, lex ciuilis non adſiſtit neq; reſiſtit, contractui celebrato vt puta, inter patrem & filium in patria poteſtate cõſtitutum, inter duos fratres ſub eiuſdem patris poteſtate l. frater à fratre ff. eo. Cum ſeruis, qui pariter non poſſunt ciuiliter obligari l. ſi id quod ff. eo. & §. 1. infra de fideiuſ. cùm pupillo pubertati proximo ſine tutoris auctoritate, quo caſu ſola naturalis propter conſenſum, non autem ciuilis, quia lex ciuilis non adſiſtit propter defectum tutoris, oritur obligatio l. 1. in fi. de nouatio. Item in gratiam teſtatoris, ne inteſtatus decedat contra ſuam voluntatem, & hæredis, vt ex hæreditate aliquod commodum conſequatur, lex ciuilis

uilis non adſiſtit teſtamentis, licet ſolemnibus, quatenus hæreditas eſt grauata legatis aut fideicomiſsis vltrà dodrantem. Nam quod poteſt per falcidiam de legatis defalcari, naturaliter tantum propter voluntatem defuncti debetur legatarijs l. 1. C. ad legem falcid. ſed non ciuiliter, cùm immo lex ciuilis conſulat hæredi, vt falcidiam detrahat; Illud pariter, quod per Trebellianicam poteſt ab hærede retineri, naturaliter debetur fideicomiſſarijs propter voluntatem defuncti l. patrem & l. debitorem .ff. quæ in fraudem creditorum, & l. ſi ſponſus §. ſi quis rogatus .ff. de don. inter vir. & vx. & ita tenuit Bart. in d. l. 1. nu. 4. ff. eo. ſed non ciuiliter, quia lex ciuilis non adſiſtit, immò conſulit hæredi, vt quartam Trebellianicam detrahat, toto tit. ad ſenatuſconſultum Trebellianum. Tertio & vltimo lex ciuilis non adſiſtit diſpoſitionibus hominum, ratione actus nō ſolemniter celebrati. Exemplum in teſtamento minus ſolemni ſolemnitate extrinſeca, vnde oritur naturalis obligatio propter voluntatē defuncti, ſecundum Bart. in d. l. 1. nu. 9. & not. Clar. in §. teſtamentum q. 90. lib. 3. ſententiarum; vbi declarat hanc concluſionem procedere, quoad ſolutionē legatorum, quæ legatarijs debentur naturaliter, non quoad hereditatē, cum illa hæredi ſcripto nec naturaliter debeatur, ſed non oritur ciuilis propter defectum ſolemnitatum, quæ ſunt inductæ à lege ciuili, omnes .n. ſolemnitates, quæ vltra duos teſtes requiruntur, ſunt à iure ciuili inductæ, prout videmus in teſtamento militis, quod cùm ſit redactum ad priſtinum iuſgentium l. 1. de teſtam. militis, valet ſi probetur per duos teſtes, vt not. in d. l. 1. Sed hæc omnia exempla de naturali ſola à principio; poteſt poni & aliud exemplum in obligatione naturali ſola ex poſt facto, vt in vero debitore abſoluto per ſententiam, qui naturaliter tantum remanſit obligatus, non ciuiliter, quia ciuilis obligatio fuit ſublata per ſentētiam l. Iulianus .ff. eo. vbi abſolutus per ſententiam, natura debitor permanet, ciuilis .n. ratio ciuilia iura tollere poteſt, naturalia verò non vtiq; §. fi. ſupra de legit. agnat. tut. His

in caſibus qui ſoluit, dicitur contraxiſſe indebitum ciuiliter, quia de iure ciuili ſoluere non tenebatur, licet ſoluerit naturaliter debitum.

Sequitur nunc videndum, an huiuſmodi indebitum ciui-
15. liter, licet naturaliter debitum, ſi fuerit ſolutum, repeti poſsit nec ne, qua in re diſtinguite ſecundum DD. hic poſt Bart., & alios in gloſis præallegatis hunc in modum: Aut ſolutio fuit facta per errorem, aut ſcienter: Priore caſu ſubdiſtinguite, Aut fuit facta per errorem iuris, aut per errorem facti: Si per errorem iuris fuerit facta ſolutio, ſoluens non repetit. l. error C. ad legem
16. falcidiam l. cùm quis C. de iur. & fac. ignor. Ratio eſt, quia iuris ignorantia neminẽ excuſat, cùm quilibet teneatur ſcire iura & leges vel per ſe, vel per alium l. leges ſacratiſsimæ. C. de legib. Exemplum: ſoluit hæres integra legata abſq; detractione falcidiæ, ſtãtibus prædictis, hic ſoluit naturaliter debitum, ſed indebitum ciuiliter, putans de iure ad ſolutionem poſſe compelli, hic errat in iure, quia neſcit hanc legis falcidiæ diſpoſi-
17. tionem, Ideo non repetit d. l. cùm quis. Limitatur prædicta concluſio, non procedere in pupillo, furioſo, aut prodigo, naturale debitum ſoluentibus, ſine tutoris, vel curatoris auctoritate, quia ſolutum repetunt. l. interdum .ff. eo. Interdum perſona locum facit repetitioni, (inquit ibi textus) Ratio, quia in huiuſmodi perſonis ignorãtia iuris tolleratur propter imbecillitatem iudicij l. regula .ff. de iur. & fac. ignor. idem pariter dicendum in muliere, in qua pariter toleratur iuris ignorantia ob fragilitatem iudicij, ideo ſolutum indebitè per iuris ignorantiam repetit l. quamuis .§. interdum .ff. ad vell., Si verò huiuſmodi ſolutio ſit facta per errorẽ facti, vt quia hæres integra legata ſoluit credens hæreditatem defuncti ſufficere, ita vt ſolutis legatis adhuc ſupereſſet eius quarta, cùm tamen re vera nihil ſupereſſet: tunc ſubdiſtinguite, ſecundum Bart. in d. l. cum quis nu. 17. Aut error eſt probabilis, vt ſi ſoluens errauit in alieno facto iuxta reg. l. qui in alterius de reg. iur. tunc repetit, errantis .n. nullus eſt conſenſus l. non

i 1 idcirco

idcirco C. de iur. & fac. ignor. & error alieni facti etiam prudentiſsimos fallit, vt ait I. C. in l. 2. ff. de iur. & fac. ignor. Aut error eſt improbabilis, vt ſi ſoluens errauerit in facto proprio, iuxta textum in l. fi. ff. pro ſuo l. nec
18. ſupina ff. de iur. & fac. ignor. & tunc non repetit, quia in facto proprio non eſt tollerabilis ignorantia l. quamquam ff. ad Vell. Qualiter autem error probetur, tradunt doctores in l. poſt diuiſionem & Bal. in l. error nu. 12. C. de iur. & fac. ignor. Vnde pro concluſione prædictorum dicite, quòd ciuiliter indebitum errore ſolutum non repetitur; ſiue ſit ſolutum errore iuris, ſiue facti, niſi error facti eſſet improbabilis, vt ſi ſoluens erraſſet in alieno facto, quia tunc poteſt repeti. Secundò verò caſu principali, ſi ſolutio ſit facta ſcienter, tunc ſolutum non repetitur, ſed in tali caſu ſoluens cenſetur donaſſe, de quo dicite vt infra habebimus in tertio requiſito conditionis indebiti.

Quarta demum, & vltima indebiti ſpecies contrahitur ſe-
19. cundum gloſ. in d. l. cum quis, quoties aliquid ſoluitur, quòd vtroq; iure tàm naturali, quam ciuili debetur, ſed ope exceptionis eſt indebitum, quia tunc licet agi poſsit, tamen obſtat exceptio l. cum de indebito §. ſin autẽ pro parte ff. de probatio: de hac ſpecie loquitur etiam tex. in l. ſi non ſortem §. indebitum ff. eo. in his verbis: Indebitum autem ſolutum accipimus, nõ ſolum ſi omnino non debetur, ſed ſi per aliquam exceptionem perpetuum peti non poterat.

Tres autem ſunt exceptiones, quæ ſupponunt vtroq; iure debitum, quarum prior eſt temporalis, & dilatoria:
20. Exemplum in eo, quòd in diem certum debetur, ſi ante diem petatur, obſtabit exceptio. nam plus tempo-
21. re petit, qui ante diem petit: ideo dicitur indebitum ope exceptionis. quòd ſi ante diem ſolutum fuerit, tunc non poteſt repeti l. in diem ff. eo. In diem debitor (inquit ibi textus) eſt adeo debitor, vt ante diem ſolutum repetere non poſsit. Ratio eſt, quia quod in diem certum debetur, eſt vtroq; iure debitum, licet executio in diem differatur, vt ſupra in prima ſpecie indebiti ha-

buimus, ideo huiuſmodi obligatio pro pura habetur,
22. adeo vt ſoluens, licet tutus hac exceptione, non repetat indiſtinctè, vel ſoluerit ignorantia iuris, vel facti, ſecundum opinionem Azonis, quam refert gloſ. in d.l. cùm quis. C. de iur. & fac. ignor. licet Accurſ. ibi teneat contrarium, vbi videas Iaſ. nu. 19. qui opinionem Azonis veram eſſe teſtatur, quòd ſi non in diem certam, ſed ſub conditione dubia, & incerto die aliquid debeatur, quam quidem conditionem, & diem certum non ſit exititurum, tunc ſolutum quocunq; errore indiſtinctè repetitur l. ſub conditione ff. eo. Gloſæ prædictæ hoc poſteriori caſu conſtituunt diuerſam ſpeciem exceptionis, quam dubiam appellant, cùm certum non ſit, an cõditio aduentura ſit nec ne, ſed malè loquuntur, quia tractamus nunc de indebito ope exceptionis, ſed vtroq; iure debito, ſed hoc, quod ſub conditione dubia debetur, non eſt aliquo iure debitum, niſi conditio aduenerit, ideo huiuſmodi indebitum rectius cadit ſub prima ſpecie indebiti, de qua ſupra.

Secunda exceptio non eſt temporalis, ſed perpetua, & tunc diſtinguitur inter fauorabilem, & odioſam exceptionem, ità vt primo caſu ſolutum poſsit indiſtinctè
23. repeti. Exemplum in exceptione S.C. Vell. in fauorem mulierum pro alijs intercedentium introducti; Mulier m. habet priuilegium, vt ſi de facto fideiuſſerit, obligetur quidem vtroq; iure, ſecundum gloſ. verſ. neceſsitate ſupra §. 1. de oblig. & ibi DD., ſed datur ei exceptio perpetua dicti S.C. Vell. per quam poterit indiſtinctè ſolutum repetere l. ſi non ſortem §. indebitum, & §. adeo. & l. qui exceptionem ff. eo. Niſi mulier aliquid in compenſationem receperit tempore fideiuſsionis l. antiquæ ff. ad vell. Secundo verò caſu ſi exceptio ſit odioſa, vt S. C. Maced., quæ principaliter inducta eſt in odium mutuantium pecunias filijsfam. l. 1. ff. ad maced. (nam licet in conſequentiam ſit etiam fauorabilis ipſis filijs, & parentibus, attenditur tamen principalis intentio I. C. quæ fuit vt odio Macedonis moueretur) hoc caſu obligatur quidem filius vtroq; iure

iuxta gloſ. preallegatam, & Bart. in l. 1. nu. 28. & ſeq. poſt gloſ. ibi ff. eo. ſed nunquid ſolutum hoc caſu repeti poſsit, diſtinguite, aut ſoluit errore iuris, & non repetit, vt de hoc eſt tex. in l. qui exceptionem ff. eo. aut errore facti probabilis, & repetit l. fi. ff. ad maced.
24. & ibi gloſ. Ratio differentiæ inter fauorabilem, & odioſam exceptionem hæc eſt, quia odia reſtringi, fauores autem conuenit ampliari c. odia, de reg. iur. in ſexto. Nimirum ergo ſi ſolutum in caſu exceptionis fauorabilis repetitur indiſtinctè, in caſu verò odioſæ non repetitur, niſi ſolutio ſit facta errore facti probabilis; Qualiter autem cognoſcatur an odioſa ſit, an verò fauorabilis diſpoſitio, tradit multum venerandus præceptor meus dominus Iacobus Menochius, huius noſtræ tempeſtatis I. C. facilè Princeps, in trac. recup. poſſeſs. primo membro nu. 14. vſq; ad num. 39. vnde colligo ſubtiliter ponderandum an odium preponderet fauori, vel fauor odio.

Tertia & vltima exceptio, quæ ſupponit vtroq; iure debi-
25. tum, ſed ope exceptionis indebitum, eſt inducta ad rigorem iuris conſeruandum; huiuſmodi eſt exceptio pendentiæ litis, exceptio fori, exceptio fideiuſſoria, vt epiſtolæ diui Adriani, & Auth. preterea de fideiuſs. de quibus agitur in §. ſi plures, vbi DD. Infra de fideiuſ. & aliæ ſimiles, quæ non tendunt principaliter ad perimendam obligationē, vel actionem, ſed reſpiciunt ordinem & proceſſum iudicij, & ideo dicuntur inductæ ad ſeruandum rigorem iuris ciuilis; propterea tutus huiuſmodi exceptione, ſi ſoluat, non repetit l. ſi teſtamento §. pen. ff. de fideiuſs. & not. Bart. in l. 1. in fi. ff. eo.

QVA ACTIONE PETATVR indebitum.

1. Quid eſt condictio indebiti, & quando locum habeat.
2. In quibus differat à condictione cauſſa data, ob turpem cauſſam, & ſine cauſſa.

AD hanc quæſtionem reſpondet Imperator hic dicens indebitum repeti condictitia actione, id eſt condictione indebiti. ita exponit hoc verbum Accurſ. hic in gloſ., hoc modo loquendi vſus eſt I. C. in l. ſi duo §. Item Iulianus ff. de iureiur. & Imperator in l. 3. C. de donat. quæ ſub modo; niſi quis ſciens indebitum recepiſſet, quia teneretur etiam condictione furtiua l. quoniam ff. de condic. furt. & prout in ſeq. queſt. in 5. requiſito dicemus. Sed ad intelligentiam condictionis indebiti ſciendum primo erit, quid eſt condictio indebiti, ſecundo in quibus hæc differat à condictione cauſſa data à condictione ob turpem cauſſam, & ſine cauſſa.

1. Quoad primum attinet; Condictio indebiti eſt actio in perſonam (ſi quidem vt ſupra in §. præcedenti dictum eſt, actiones perſonales condictiones appellantur) quæ datur ſoluenti ob cauſſam de præterito vel de preſenti, quam ipſe putabat veram, & erat falſa, contra recipientem indebitum ad illud repetendum, vnà cùm fructibus & acceſsionibus in quantum recipiens inde factus eſt locupletior.

2. Quoad ſecundum attinet differt iſta condictio à condictione cauſſa data, ob turpẽ cauſſam & ſine cauſa, quia ſecundum Iaſ. in rub. ff. de condic. cauſſa data. Condictio cauſſa data tunc locum habet, quando datur aliquid alicui ob cauſſam de futuro iuſtam & honeſtam; tunc ſi cauſſa, propter quam illud datum eſt, non impleatur, datum quod eſt, licet incipiat eſſe indebite datum, non tamen repetitur condictione indebiti, ſed condictione cauſſa data. Exemplum: dedi tibi codicem vt aliquid pro me faceres, non feciſti; repeto l. ſi cõdictione cauſſa data. & l. 1. condictione ob turpem cauſſam. Quandoq; aliquid datur, ob turpem, vel inhoneſtam cauſſam, tunc an datum poſsit repeti loquitur tit. ff. condic. ob turpem cauſſam. Quandoq; verò datur aliquid ob cauſſam de præterito, vel quæ poſtea ſupetuenit, & huiuſmodi cauſſa non erat falſa, ſed erat iniuſta, tunc loquitur tit. ff. de cõdic. ſine cauſſa. Exemplum in l. 2. ff. eo. fullo veſtimenta lauanda cõduxerat, eis amiſsis domino conuentus pre-

 tium

tium ex locato preſtitit poſteaq; dominus inuenit, & habuit veſtimenta, quæro qua actione ſolutum repetatur, & certè licet hoc, quod ſolutum eſt, cæperit eſſe indebitum; tamen condictione ſine cauſſa condicitur. Nam licet à principio ob cauſſam prætiũ datum ſit, tñ poſtea cæpit venire ad non cauſſam. Sed qñ aliquid datur ob cauſſam de pterito vel de preſenti, quam ſoluens putabat veram, & erat falſa, vt in caſu noſtro: veluti ſi hæres integra legata ſoluit ſine aliqua detractione, tunc loquitur tex. noſter iuncto tit. ff. & C. de condic. indeb. licet ergo iſtæ omnes condictiones ad indebitum quodam modo competant, quia tamen habent cauſſas & qualitates magis ſpecificas, ideo ab eis denominantur.

QVAE SINT REQVISITA condictionis indebiti.

1. Sex requiſita condictionis indebiti.
2. Ad hoc vt indebite ſolutum condici poſsit, ex cuius perſona res, quæ ſoluitur debeat eſſe indebita, dantis ne & accipientis ſimul, an vero ſufficiat, ſi ex perſona alterius tantum, latè diſcurritur.
3. An indebitum contrahi poſsit ſola cautione rei indebitæ, ſine rei interuentu.
4. Reprobatur opinio Bel. & aliorum tenentium indebitum contrahi poſſe ſine re.
5. Quod indebiti condictio detur ad repetendam ſolam poſſeſsionem, nudam proprietatem, item & plenum dominium, & ibi recitatur Conſilium Fabri, Aret. & Bart. circa formationẽ libelli, quando agens diffidit de probatione dominij.
6. Ad hoc vt indebitè ſolutum condici poſsit requiritur ſoluentem errare, & qualis debeat eſſe iſte error.
7. Soluens indebitum ſcienter, an & quando cenſeatur donare & nu. 10.
8. Ratio quare ſoluens ſcienter indebitum naturaliter, ſed ciuiliter debitum magis cenſeatur donare,

nare, quam qui ſoluit naturaliter debitum, ſed ciuiliter indebitum.

9. Declaratur tex. in l. quoniam de cond. furt. quatenus vult quòd indebitum ſciẽter recipiens furtum committat.

10. Qualis debeat eſſe error tàm ſoluentis quàm recipientis, diſtinguitur ex Iaſ.

11. Indebitum ſolutum auctoritate rei iudicatæ non condicitur.

SEx ſunt quæ requiruntur ad hoc vt detur condictio indebiti, quorum primum reſpicit ipſam rem, quæ ſoluitur, quod ſcilicet ſit indebita; ſic probat tex. noſter hic, dum ait, is quoq;, qui non debitum accepit: Declaratur vt procedat in indebito vtroq; iure naturali tan-
2. tum, & prout ſupra in ſui diuiſione habuimus. Declaratur ſecundo vt procedat, non ſolum ſi ſit indebita ex parte vtriuſq;, dantis ſcilicet & recipientis, ſed etiam ſi ſit indebita ex parte alterius tantum; vtroq; .n. caſu datur condictio indebiti vt ait I. C. in l. in ſumma §. ſi. ff. eo. in his verbis. Indebitum eſt non tantum quod omnino non debetur, ſed etiam quod alij debetur, ſi alij ſoluatur, aut ſi id, quod alius debebat, alius, quaſi ipſe debeat, ſoluat. Exemplum in l. ſi pœne §. 1. ff. eo. ſi quis heredem ſe, vel bonorum poſſeſsorem falſo exiſtimans creditori hæreditario ſoluerit, hic .n. neq; verus hæres liberatus erit, & id, quod dedit, repetere poterit, Ita loquitur ibi tex. Ecce quod indebitum ſolùm erat ex parte dantis, tamen datur repetitio; nec obſtat textus in l. repetitio ff. eo. vbi dicitur, Repetitio nulla eſt ab eo, qui ſuum recepit, tametſi ab alio, quam à vero debitore ſolutum eſt, quaſi quòd non contrahatur indebitum ſi ſoluens non debeat, licet recipiens ſuum receperit, quia reſpondeo, quòd hoc caſu ſoluens non ſuo, ſed vero debitoris nomine ſoluerat, ideo non repetit, ſed in caſu l. Si pœne, falſus hæres ſoluerat nomine ſuo. Ita conciliantur iſta iura per Accurſ. in gloſ. d. l. ſi pœne §. 1. Vnde pro concluſione ſic diſtinguite.

Aut

Aut quod ſoluitur eſt indebitum ex parte vtriuſq;, dantis ſcilicet, & recipientis, & tunc ſolutum condicitur; Aut ex parte recipientis tantum, & pariter condicitur; Aut eſt indebitum ex parte ſoluentis tantum, tunc aut ſoluit quis nomine veri debitoris, & non repetit, Aut nomine proprio, putans ſe debitorem, vt in caſu d. l. ſi pœne, & repetit.

Secundum requiſitum reſpicit perſonam eius, cui indebitum ſoluitur, quòd ſcilicet rem indebitam acceperit, neceſſarium .n. eſt ad hoc, vt re dicatur obligatio contrahi, quòd res interuenerit, quæ indebitè ſoluitur. Hinc dicebat Imperator hic, quòd recipiens indebitum obligatur, quaſi ex mutui datione, & ſic eodem ferè modo, quò obligatur mutuatarius, ſed mutuatarius non obligatur, niſi rem, quæ mutuatur, acceperit. ergo &c.

3. Sed in contrarium vrget tex. in l. 3. C. eo. vbi dicitur; Cum & ſoluta indebita quantitas ab ignorante repeti poſsit, multò facilius quantitatis indebitæ interpoſitæ ſcripturæ condictio competit, vel doli exceptio agenti opponitur. Ecce igitur ſicuti condictioni locus eſt, licet ſola cautio indebitæ pecuniæ per ſcripturam interuenerit. Ad hoc obiectum reſpondeo duobus modis. Primò quòd ibi loquitur textus de condictione ſimpliciter, vnde debet intelligi de cōdictione ſine cauſſa, per quā condicitur liberatio, vt loquitur tex. in l. 1. de cond. ſine cauſſa, in his verbis: qui autem promiſit ſine cauſſa, condicere quantitatem non poteſt, quam non dedit, ſed ipſam obligationem, & hæc ſolutio bona eſt, Comprobatur ex tex. in l. is, qui plus ff. eo. Secundò reſpondeo admittendo quòd ibi tex. loquatur de condictione indebiti, non tamen intendit Imperator eam dari ad repetendum quod promiſſum eſt, quia ſequeretur abſurdum, quòd quis locupletaretur cum iactura alterius condicendo id, quod non ſoluit, ſed promiſit; ſed intendit condictionem indebiti dari ad repetendā ipſam cautionem, ſiue ſcripturam, per quam promiſit reddere, quod non eſt conſequutus; veluti ſi ante bien-

rium, quis repoſceret chirographum ſub ſpe futuræ numerationis confectum, tanquam indebitum, & hoc modo omnia ſunt plana, quia res, quæ condicitur, ideſt ſcriptura realiter interuenit, & tradita eſt falſo creditori. quòd ſi agat ex ſcriptura, tunc doli exceptio agenti
4. opponitur: & iſtæ ſunt veræ ſolutiones, quicquid modo dixerit Bel. hic nu. 3. dum ait ſimile eſſe in mutuo, in quo re intercedente contrahitur obligatio, fit tñ ēt mutuum ſine rei interuentu, quod dicitur ciuile mutuum, quia illud non eſt mutuum, ſed litterarum obligatio, vt ſupra dictum eſt in §. præced. circa diuiſionem mutui, Alij aliter reſpondent, quod hæc obligatio re quidem interueniente contrahatur, ſed res interuenire dicitur, non ſolum ſi interuenerit, ſed etiam ſi promiſſa fuerit, quia æquiparatur ſolutio, & promiſsio l. fin. C. ad legē falcid. l. ſi patronus §. 1. ff. de donatio: ſed hæc quoq; ſolutio corruit, quia iſta æquiparatio non procedit vbi aliquid requiritur de ſubſtātia & forma alicuius actus; vt hic, vbi rei interuentus eſt de ſubſtātia indebiti, quia habemus regulam, quòd quando aliquid requiritur ꝑ forma nō ſufficit per æquipollens, ſeruari l. qui ꝑ ſalutē ff. de iur. iur. ſed res indebita debet vt ſupra interuenire, ergo non ſufficit promiſsio & ſic æquipollens.
Tertium requiſitum ſubſtantiale colligitur ex gloſ. hic in verbo condictitia, videlicet, quòd res, quæ fuit indebitè ſoluta, facta fuerit accipientis, ita vt dominium fuerit in accipientem translatum, nam non ſufficit, quod rem indebitam acceperit, niſi facta fuerit accipientis, ratio hæc eſt, quia ſi dominium non transfertur, remanet adhuc penes dantem, vnde poſtea ſuccedit regula l. fi. in fi. ff. vſufructu: & quemad: caueat, quòd ſcilicet nemo condicat rem ſuam, nam quod alicuius eſt, id non poteſt magis eius fieri §. ſic itaq; Infra de
5. action. quod ſi dominium in accipientem non fuerit translatum, (poteſt .n. contingere quod nummi alieni ſoluantur indebitè, adeo vt non poſsint accipientis fieri, iuxta regulam l. nemo plus iuris ff. de reg. iur.) tunc non condicitur dominium, ſed poſſeſsio rei ſic vt

ſupra

ſupra indebitè ſolutæ. l. indebiti §. ſed & ſi nummi ff. eo. Sed & ſi nummi (inquit ibi textus) alieni dati ſint; condictio competit, vt vel poſſeſsio eorum reddatur. &c. Nam licet non detur aliquod interdictum poſſeſſorium rei mobilis, bene tamen dabitur ciuilis actio ad recuperãdam eius poſſeſsionem, vt tradit ibidem Bart. nu. 3. Niſi reconciliatione fuiſſet poſtea quæſitum dominium, vt quia nummi fuiſſent conſumpti per accipientem, nam conſumptione, vſucapione, & alijs ijſdẽ modis conciliatur indebitum, quibus & mutuum, vt ſentit Imperator hic, dum æquiparat indebitum mutuo, vt traditur per gloſ. ibi in ver. datione in fi. & in gloſ. d. §. ſed & ſi nummi verſ. vt vel. adeo vt licet nummi non fuerint dantis, ſi tamen conſumpti, aut vſucapti fuerint, eorum dominium condici poterit. Idem eſt ſi poſt ſolutionem commixti fuerint adeo vt diſcerni non poſsint, habet .n. commixtio vim conſumptionis & reconciliationis l. ſi alieni nummi ff. de ſolutio: propterea conſulit hoc loci Faber. & Aret. nu. 4. quòd dum quis diffidit de probatione dominii, debet petere ſolam poſſeſsionem, & de ſola poſſeſsione libellum concipere, quod menti tenendum commendat Bart. in d. §. ſed & ſi nummi in princ. quia ſæpe occurrit. quando fit aliquis contractus inualidus per minorem, Eccleſiam, vel alium ex deffectu ſolemnitatum; & cuius vigore poſſeſsio tantum transfertur, vt in l. 1. §. ſi vir ff. acq. poſſeſs., poterit tunc poſſeſsio condici, quod ſi cõmunis pecunia indebitè ſoluitur, pars dimidia condicitur ratione dominij, alia autem pars ratione poſſeſsionis, & prout latè Bart. in l. ſi pœne cauſſa §. ſi falſo vbi gloſ. ff. eo.

Quartum requiſitum perſonam ſoluentis reſpicit, quòd
6. ſcilicet per errorem ſoluerit, putans ſe debere, cùm re vera nihil deberet, vt tradit gloſ. poſt textum hic in verbo, per errorem; ideo dicebat Bart. in l. cùm de indebito ff. de prob. & Aret. hic poſt eum nu. 3., quòd agens hac conditione ad duo tenetur, nempe ad probandum indebitum eſſe, & per errorem ſolutum; Qua-

lis verò debeat eſſe iſte error, an in iure, vel in facto probabili nec ne, habuiſtis ſupra in diuiſione indebiti. Sed contra prædictam concluſionem, quòd immo nòn requiratur error ex parte ſoluentis, oppono: nemo errans amittit rem ſuam l. ſi procurator la 2. ff. de acq. rer. dom., ſed nemo condicit rem ſuam l. fi. ff. vſufruc. quemad. cau. ergo falſum eſt, quòd requiratur error ex parte ſoluentis. Hoc argumentum fuit Accurſij in gloſ. fi. §. pen. Infra de oblig. quæ ex quaſi contractu, vbi ait referre vtrum error ſit in obligatione, vt quia crediderit ſoluens ſe eſſe obligatum, an in re, vt quia putarit rem eſſe Titij, & tamquam Titij eam tradiderit, cùm tamen eius non eſſet, ſed ſoluentis: priore caſu transfertur dominium, nam nihil obſtat, quantum ad eius translationem, error circa obligationem. ideo rectè tunc condictio competit, cùm mens tradentis fuerit, transferre dominium, licet in cauſſa traditionis errauerit, & ita debet intelligi prædictum requiſitum. Poſteriore verò caſu nõ transfertur domininm, & ita in his terminis loquitur d. l. ſi procurator, potentius .n. (vt hic ait Portius) agit error in cauſſa proxima, quæ eſt traditio rei quàm in cauſſa remota, quæ eſt ipſa obligatio, allegando textum in l. 3. §. ſubtiliùs ff. de condict. cauſſa data. facit textus in l. cùm in corpus, de acq. rer. dom. & prout latius, quando error tradentis impedit translationem dominij habetur per Aret. in d. §. pen. Infra de oblig. quæ ex quaſi contractu. poſt Bart. in l. 1. ff. de offic. procur. cæſar. Verùm tamen eſt, quòd in caſu quo dominium non transfertur, condicetur poſſeſsio, ſi ipſa fuerit translata, vt in præcedenti requiſito habuimus. Concluditur ergo, quòd ad hoc vt cõtrahatur indebitum, & per conſequens detur condictio indebiti, requiritur, quòd per errorem quis ſoluerit putans ſe debere, Amplio idem procedere in titubante & dubitante, vt probat Accurſ. in gloſ. l. 1. ff. eo. & Portius hic nu. 6. per textum in l. fi. C. eo. cùm alias dubitans, & ignorans, æquiparentur l. quandiu C. qui
7. admitti. Quòd ſi ſciens quis indebitum ſoluerit, do-

nare videtur l. 1. in fi. ff. eo. Nam cuius per errorem dati repetitio eſt, eius conſultò dati donatio eſt l. cuius, de reg. iur. ideo in tali caſu ſoluens, non repetit, quia donatio eſt irreuocabilis l. perfecta C. de don. quæ ſub modo. Declaratur hæc concluſio, vt procedat ſi modo vterq; tàm ſoluens quàm recipiens ſciuerit eſſe indebitum, quia donatio requirit vtriuſq;, & donantis, & donatarij conſenſum, l. abſenti ff. de don; & diſſenſus donationem impedit l. ſi ego ff. ſi cert. pet. Reconciliabitur tamen donatio ex ſuperueniẽtia conſenſus in recipientem, ſecundum gloſ. ibi verſ. conſumpſerit, vbi Dec. & in l. cuius de reg. iur. adeò vt licet ſolus dans ſciuerit eſſe indebitum, non tamen repetit, ſed ei agenti obſtabit exceptio, quia conſenſu vtriusq; fuit perfecta donatio; nam ſtatim quòd recipiens cognouit, & intellexit voluntatem tradentis, reconciliatur donatio; Vnde licet à principio non valeret donatio propter diſſenſum alterius partis: tamen poſtea cognita voluntate donantis, cõfirmata fuit donatio ex voluntate vtriuſq;, cùm qui dat ſciens ex cauſſa donationis præſumatur perſeuerare in eadem voluntate vſq; ad ſcientiam donatarij, c. maiores de baptiſm. Ita vt eodem tempore reperiantur ambo conſentire, pro vt requiritur in donatione, iuxta tex. in l. conſenſu ff. actio: & oblig. & in tantum cenſetur donatio, vt omnia in ſimplici donatione neceſſaria, requirantur etiam in huiuſmodi ſolutione, ita Bart. in l. 1. nu. 2. ff. de don. Nec intereſt; ſi ſoluerit quis animo repetendi, dum tamen animus expreſſus non fuerit, quia adhuc eſt donatio, ideo ſolutum non condicitur, propoſitum .n. in mente retentum nihil operatur, maximè quo ad commodum partis habentis tale propoſitum l. ſi repetendi C. de condic. ob cauſſam, vel ſi expreſſus fuerit à ſoluente repetendi animus, altera tamen pars non conſenſerit, quia adhuc eſt donatio, & ideo ſolutum non condicitur l. quod quis ſciens, & ibi gloſ. ff. eo. Declaratur ſecundò, vt procedat dicta concluſio, quando quod ſoluitur eſt indebitum omni iure, tàm naturali, quàm ciuili, vel naturali

turali tantum, alias ſi quod ſoluitur naturaliter ſaltē ſit indebitum, non eſt donatio: quia donatio non conſiſtit in re, ad quam quis aliquo iure tenetur l. hoc iure §. fi. ff. de donatio., ſed tunc eſt donatio, quando nullo iure cogente aliquid datur l. donari, de reg. iur. Nam cùm donatio ſit quædam liberalitas l. 1. §. fi. de donat. non poterit dici liberalis, qui dat id, ad quod aliquo iure tenetur l. vnum ex familia §. 1. de legat. ſecundo. Quòd ſi id, quod ſoluitur, ciuiliter tantum ſit debitum,
8. ſcienter ſolutum, cenſetur donatio. Ratio differentiæ, quare magis dicatur donare, qui ciuiliter tantùm eſt obligatus, quàm qui naturaliter, hæc eſt, quia ciuile debitum neq; ad agendum neq; ad retinendum eſt efficax.; ideo ſi vt ſupra ſcienter fuerit ſolutum, cenſetur donatum; naturale verò licet ad agendum ſit inefficax l. iuriſgentium §. igitur nuda de pac. eſt tamen potens ad retinendum, cùm impediat ſoluti repetitionem l. naturaliter ff. eo. & prout latius per Dec. in l. donari de reg. iur. plures limitationes ad hanc regulam, quòd ſcilicet ſcienter ſoluens indebitum, videatur donare. vide apud Iaſ. in l. 1. nu. 12. ff. eo.

Quintum requiſitum perſonam recipientis reſpicit, vt ip-
9. ſe quoq; erret, putans ſe creditorem, alias ſi ſciens indebitum acceperit, furtum committit ſecundum gloſ. hic verſ. condictitia actio in fine, per textum in l. quoniam ff. de cond. fur. Quoniam furtum fit cùm quis indebitos nummos ſciens acceperit, (inquit ibi textus) ideo tunc non condicitur cond. indeb., ſed cond: furtiua. l. fi. in fi. ff. de vſufructu: & quemad. cau. in contrarium tamen facit ratio textus in §. 1. Infra de oblig. quæ ex delic. vbi non eſt furtum niſi contrectetur inuito domino, ſed hic non fit contrectatio inuito, ſed volente domino, facit l. falſus §. 1. ff. de furt. vbi in ſecundo caſu ſoluebatur falſo procuratori, & ſcienti indebitum, non tamen committitur furtum. ergo licet quis ſciens indebitum acceperit, furtum non committit. Pro concordia prędictorum diſtinguendum eſt cum Bart. in d. l. quoniam. Aut falſus creditor ſimulat ſe

credito-

creditorem, quia inſtat, vrget, & inducit debitorem ad ſibi ſoluendum indebitum,& tunc recipiens furtum committit,& ita procedit d. l. quoniam. videtur .n. ſoluere ſub ea conditione, ſi creditor eſt, & ideo cùm non ſit creditor, dicitur contrectare inuito domino, ergo &c. Aut creditor non ſimulat quicquam, ſed ſolus debitor ſine facto creditoris, ſine ipſius perſuaſione, ſua ſponte ſoluit, tunc furtum non committit. Ratio quia tunc debitor habebat pro conſtanti, quòd recipiens eſſet creditor, ideo non ineſt tacita illa conditio, ſi creditor eſt,hanc diſtinctionem commendat Aret. hic vti æquam, ne quis tàm facile actione famoſa conueniatur.

Pro concluſione itaq; præſentis cum præcedēti requiſito, 10. diſtinguendi ſunt quattnor caſus principales poſt Iaſ. in rubrica ff. eo. Aut vterq; tàm ſoluens quàm recipiēs ignorat eſſe indebitum,& tunc ſine dubio ſolutum condicitur tanquam indebitum; Ant vterq; eſt ſciens, & tunc eſt donatio d. l. cuius, licet ſoluerit quis animo repetendi, non tamen expreſſo, quia propoſitum in mente retentum nihil operatur, maxime ad fauorem habentis huiuſmodi propoſitum l. ſi repetendi C. de condictione ob cauſſam, vel animo repetendi expreſſo, ſed altero non conſentiente l. quod quis ſciens, & ibi gloſ. ff. eo. Aut tertio caſu ſoluens ſcit eſſe indebitum, recipiens verò ignorat, & tunc ſolutum non condicitur tanquam indebitum; quia licet à principio non ſit donatio, quia non adeſt vtriuſq; conſenſus.l. abſenti ff. de don. tamen accedente conſenſu recipientis, reconciliatur donatio ſecundum gloſ. in verſ. conſumpſerit .l. ſi ego ff. ſi cert. pet. vbi late Dec. propterea agenti hac condictione obſtabit exceptio, Aut demum ſoluens ignorat, recipiens verò ſcit eſſe indebitum, tunc diſtinguite cum Bart. in d. l. quoniam: Aut falſus creditor ſimulat ſe creditorem, inſtatq;, & vrget debitorem ad ſoluendum, & recipiens furtum committit, ideo ſolutum non condicitur tanquàm indebitum: Aut non inſtat, ſed ſolus debitor ſua ſponte ſoluit, tunc condicit

tanquam

tamquam indebitum.

Sextum, & vltimum requiſitum addit Port. hic in princ. 11. quòd ſcilicet ſolutio fiat ſponte, nam ſi coactè fieret, vt quia damnatus per ſententiam quis ſoluat indebitum, non condicit l. 1. C. eo: l. ſi fideiuſſor §. in omnibus ff. mandati, Id .n. operatur auctoritas rei iudicatæ, vt contra eam non detur ſiniſtra ſuſpitio l. herennius §. Caia. ff. de euictiou.

AD QVID DETVR CONDICTIO indebiti, ſiue ad quid recipiens indebitum teneatur.

1. Recipiens indebitum, quòd teneatur ad rem indebitè acceptam.
2. Item ad acceſsiones, ſiue augumenta naturalia.
3. Fructuum; qui naturales, qui induſtriales, & qui demum ciuiles dicantur.
4. An ciuiles acceſsiones præſtentur in condictione indebiti.
5. Indebitum recipiens, ſi ſit in mala fide tenetur in totum, & nu. 7.
6. Ratio differentiæ, quare ad acceſsiones naturales indebitum recipiens, teneatur indiſtinctè, ad ciuiles verò non.
7. Recipiens indebitum tenetur in quantum eſt factus locupletior.
8. Recipiens indebitum tenetur de dolo, & culpa, ſed non de caſu fortuito.
9. Reprobatur opinio Bart.
10. Ratio differentiæ inter mutuum, & indebitum quoad præſtationem caſus fortuiti.

ACcurſ. hic in gloſ. in verbo condictitia actio tria recenſet, ad quæ tenetur indebitum recipiens, & primò ad rem indebitè ſolutam ſibi præſtandam, tam ratione dominij quàm poſſeſsionis, vt ſupra diximus in pręcedenti quæſtione; hæc .n. actio competit ad poſſeſſionem

ſionem tantùm, quando ſola poſseſsio eſt translata, & ad dominium, quod ipſius poſſeſsionis occaſione acceſſit præſcriptione, conſumptione, vel alijs modis, & ad nudam proprietatem, ſi ea ſola fuit translata, vt probat textus, vbi Bart. in l. indebiti §. ſed & ſi nummi ff. eo. Secundo tenetur ad acceſsiones, ſiue augumenta natura-
2. lia d. l. indebiti in princ. ad ciuilia verò non tenetur l. 1. C. eo. ibi, vſuras autem eius ſummæ præſtari tibi fruſtra deſideras.

Sed pro intelligentia præmitto ex Bal. qui de fructibus loquitur in l. pro oneribus nu. 4. C. de iure dotium, quòd
3. fructuum alij ſunt naturales, alij ciuiles. Naturales ſunt, qui non hominis aliqua opera, & arte, ſed aut caſu, vt in eo, quod prouenit per alluuionem, aut natura ipſa; vt partus ancillarum, fructus, in quibus modica, aut nulla verſatur induſtria, vt poma &c. id genus alia. Ciuiles ſunt, qui non ab ipſa natura, neq; ex re ipſa, ſed ex opera; & commercijs propter rem, & occaſione ipſius rei percipiuntur l. ſi nauis ff. de rei vendic. ibi non natura, ſed iure percipitur &c., vt penſiones domorum, vecturæ nauium, vſuræ &c. id genus alia. Rurſus naturalium, quidã ſunt merè naturales, de quibus ſupra, quidam induſtriales, quos hominis cura cooperante natura parat, vt oleum, frumentum, & ſimilia, de quibus in l. ſi eius fundi ff. de rei vendic., & in quibus plus operatur induſtria, quàm natura, ſecundum Bart. in l. & ex diuerſo in princ. poſt gloſ. ibi ff. de rei vendic. In propoſito indebitum recipiens tenetur non ſolùm ad rem ipſam præſtandam, ſed ad fructus ſiue acceſsiones
4. naturales, & induſtriales. An verò ad ciuiles acceſsiones teneatur diſtinguite ſecundum Bart. in d. §. ſed & ſi nummi nu. 6. Aret. & Bel. hic in gloſ. verſ. condictitia, Aut recipiens indebitum percepit acceſsiones ciuiles, & tunc idem quod in naturalibus. Ratio, quia cùm detur hæc actio, vt Infra dicemus ex æquitate naturali, in quantum recipiens indebitum eſt factus locupletior, vtiq;, & ad acceſsiones licet ciuiles competet, ſi eas percepit d. §. ſed & ſi nummi, vbi venit, quod acceſſit

S per

per vſucapionem, quæ eſt ciuilis acceſsio, vt probatur ſupra de vſucap. in princ. Aut eas non percepit, ſed percipere potuit, & nō tenetur l. 1. C. eo. vbi poſtquàm dixerat Imperator dari hanc conditionem, ad idipſum quod indebitè ſolutum eſt conſequendum, inquit. Vſuras autem eius ſummæ pręſtari tibi fruſtra deſideras &c. Sed vſuræ ſunt ciuiles acceſsiones gloſ. in l. vſura
5. de verb. ſign. &c. Niſi recipiens indebitum ſit in mala fide, quia tenetur in totum, vt hic in gloſ., & Infra de-
6 clarabimus. Ratio differentiæ inter acceſsiones naturales, & ciuiles eſt, quia naturales deſcendunt ex re ipſa, & ſunt quodammodo pars corporis l. ſi quis cum totum §. de fructibus ff. de excep. rei iudic., & l. fructus, de rei vendic., ciuiles verò ſecus, ideò non ita indiſtinctè eas præſtare tenetur, ſicut naturales.

Tertio tenetur recipiens indebitum in quantum eſt factus
7. locupletior, ſi bona fidę rem habuit credens ſe creditorem. textus eſt melior de iure in l. ſi non ſortem §. libertus, ibi refundere debes, quod ex prætio habes &c. ff. eo. Ratio eſt quia conditio indebiti naturali ratione eſt inducta d. l. indebiti & ex bono, & æquo l. hæc conditio ff. eo. Ideò æquum eſt vt id, in quo eſt factus locupletior reſtituat, ne contra naturalem æquitatem cum aliena iactura locupletari eum contingat l. nam hoc natura ff. eo. adeò vt ſi recipiens indebitum reperiatur locupletior ſolùm in re ipſa indebitè ſoluta, ad ipſam tenebitur: ſi in æſtimatione verò, vt quia rem ſolutam alienarit, vel in acceſsionibus, & in ſumma, vel in plus vel in minus, quàm percepit reperiatur, locupletior ad id ſolum tenetur, in quo eſt factus locupletior, vt habetur ex gloſ. vbi DD. in l. quod indebitum ff. eo. Vltra verò, quàm ſit factus locupletior, non tenetur; nam licet forte neglexerit culturam, hoc illi damno eſſe non debet, cùm putarit re ſua abuti, & eam negligere, vt in ſimili ait I. C. in l. ſed & ſi lege §. conſuluit ff. de pet. hæred. alias ſi ſciens ſe non eſſe creditorem, rem acceperit indebitam, non ſolùm tenetur ad id, in quo eſt factus locupletior, ſed in totum, vt hic ait Accurſ. ideſt

ad id etiam, in quo fieri potuit locupletior, adeò vt non ſolùm ad perceptos, ſed ad eos, quos percipere potuiſſet fructus teneatur argum. l. in ſumma §. ſi ſeruum ff. eo. vbi qui ſeruum indebitum ſciens accepit, & manumiſit tenetur ad ſerui prætium: quòd ſi ignorans manumiſit tenetur ſolùm ad id, quod ad eum peruenit iure patronatus, & ſic probatur ibi vterq; caſus.

Quarto, & vltimo vltra gloſ. recipiens indebitum ignoran-
8. ter tenetur de dolo, & culpa, ſed non de caſu fortuito, adeò vt licet res indebitè ſoluta perierit, non excuſabitur, ſi modò pereat dolo, aut culpa recipientis indebitum: ſed aut idipſum, aut tantumdem condicitur, vt dicit tex. vbi not. ſcrib. in l. quod indebitum ff. eo. ſecus ſi caſu fortuito perierit, aut inutiliter conſumpta fuerit ſine dolo, & culpa eius, qui indebitum recepit, ita vt in nihilo reperiatur locupletior, quia ad nihilum tenebitur indiſtinctè, vel ſit ſpecies, vel quantitas, quæ fuit indebitè ſoluta ſecundùm Iaſ. in d. §. ſed & ſi nummi nu. 7. & in d. l. quod indebitum, circa fin. vbi reprobata communiter opinione Bart. tenentis, quòd
9. quando quantitas indebitè ſoluitur indiſtinctè dicatur recipiens locupletior in eo quod recepit, cùm quantitas perire non poſsit, l. incendium, vbi gloſ. C. ſi cert. pet. adducit vnum ſimile in petitione hæreditatis, quæ ſolùm cõpetit ad id, in quo quis eſt factus locupletior, l. ſed & ſi lege §. conſuluit, de pet. hæred. ſi tamen pecunia ſit conſumpta, non repetitur l. vtrum de pet. hæred. & ibi eſt caſus: ergo idem in conditione indebiti; licet ſoluatur quantitas, in id recipiens conueniri ſolum poterit, in quo reperitur locupletior tempore re-
10. petitionis. Et in hoc differt indebitum à mutuo, in quo præſtatur caſus fortuitus. Ratio differentiæ eſt, quia mutuatarius tenetur ad tantumdem in genere ſuo l. 2. ſi cert. pet. genus verò numquam perit d. l. incendium, ſed recipiens indebitum, cùm teneatur ſolùm ad id, in quo eſt factus locupletior, ſi quantitas caſu, veluti latronum impetu perijt, aut inutiliter aliquo modo conſumpta fuerit, abſq; dolo, & culpa recipientis

indebitum, non dicitur factus locupletior, ſi ad eum nihil peruenit, ideo ad nihilum tenebitur quòd ſi ſciens rem indebitam acceperit, non excuſabitur à caſu fortuito, cùm poſsit etiam & in caſu conueniri conditione furtiua l. quoniam de condic. furt.

QVANDO INDEBITI condictio ceſſet.

1. In ſeptem caſibus ceſſat condictio indebiti.
2. Recitatur primus caſus.
3. Recitatur ſecundus caſus.
4. Tres ſunt actiones, quæ contra negantem dantur, in duplum, & contra confitentem in ſimplum.
5. Recitatur tertius caſus, & quartus.
6. Recitatur quintus caſus.
7. Sextus caſus.
8. Recitatur ſeptimus, & vltimus caſus, in quo indebiti condictio ceſſat.

Gloſ. hic in verbo recepiſſet, ſex caſus receſet, in quibus ceſſat condictio indebiti. Septimum addit gloſ.
2. in l. eleganter §. ſi. verſ. dupli .ff. eo., quorum primus eſt; ſi indebitum ſoluitur ex cauſſa tranſactionis l. in ſumma .ff. eo. Ratio eſt, quia tranſactio non fit niſi ſuper lite incerta l. 1. de tranſac. vnde ſatis iuſta cauſſa ſolutionis dicitur ſubeſſe, cùm à lite receditur, lis .n. ſemel ſopita non debet reuiuiſcere l. quamuis vbi Bart. ff. de tranſac. Ideo ſolutum ex cauſſa tranſactionis, licet indebitè, non repetitur niſi per dolum obtenta fuiſſet
3. tranſactio l. ſub prætextu C. de tranſac. Secundus caſus, in quo ceſſat repetitio indebiti eſt, quando ſoluitur aliquid ex cauſſa, vnde lis creſcit inficiando l. ea quæ C. eo. ea, quæ per inficiationē in lite creſcunt ab ignorante etiam indebita ſoluta repeti non poſſe certiſsimi iuris eſt, (inquit ibi textus) concordat textus in §. fin.
4. Infra de oblig. et. quæ ex quaſi contrac. Ad cuius intelligentiā ſciendum eſt, vobis tres eſſe actiones, quæ con-

tra negantem dantur,in duplum, & contra confitentem in ſimplum, de quibus in §. ſed furti Infra de actio: Prima eſt actio legis Aquiliæ l. contra negantem C. ad l. Aquiliam l. Nam ſi non damni æſtimationem ſecundum Bart. in l. eum qui nu.9.ff.de iureiur. ſed damnũ ipſum eſſe negauero, conuictus de mendacio condemnabor in duplum. Exemplum ſecundum Bal. in d. l. ea quæ in princ. C. eo. filius meus dammum dedit, ego credens me teneri noxaliter, promiſi, & ſolui, cùm reuera non tenear vt Infra de noxal. in fi. certè non repetam. Aliud exemplnm: mandaui procuratori meo,vt tibi damnum daret, quod tamen, procurator meus non dedit, ſed alius; Ego credens damnum datum à procuratore meo, ſolui, non condicam. Ratio eſt duplex, prima fuit gloſæ, in l. eleganter.§.fi.quia ille,cui ſoluitur, ſuum recipit, ideo ſolutum non repetitur, vt probat tex. in l.repetitio ff.eo. Secunda fuit Bart. in d. §. fin. l. eleganter ff. eo. quòd ſoluens ſimplum videtur quodammodo tranſigere timore dupli, ſed tranſactio eſt iuſta cauſſa retinendi, cùm per eam à lite recedatur vt ſupra, ergo &c. Secunda eſt actio ex teſtamento, quando competit pro legatis relictis ad pias cauſſas, nam ſi tali legato grauatus inficietur legatum, condemnatur in duplum. ideò ſi cùm putarem aliquid relictum Eccleſiæ,vel hoſpitali, quod tamen non erat, ſolui, non condicam;quia ſubeſt cauſſa pietatis, quæ impedit ſoluti repetitionem ſecundum Bal. in d. l. ea, quæ nu. 4. quaſi dicam,potius volo facere hanc pietatem, etiam ſi non appareat relictum, quàm ponere me in litigio, in quo poſſem condemnari in duplum; Bal. tamen in loco ſupra cit. non putat hoc ſeruari in foro conſcientiæ, quòd eccleſia locupletetur cum aliena iactura. Tertia fuit actio depoſiti, ratione tumultus,incendij,ruinæ, naufragijuè cauſſa facti, quæ contra negantem rem penès ſe depoſitam, datur in duplum d.§.fi. Infra de oblig.quę ex quaſi contrac., ideò ſi putans quis penes me depoſuiſſe in caſu prædicto, quòd penes alium depoſuit, & conuenit me in iudicio, ego ne condemner in duplum,ſolui indebitum

tum

tum, non condicam; videor .n. tacitè tranſegiſſe cum deponente, quòd ſi prædicta tranſactionis præſumptio ceſſet, locus tunc erit condictioni indebiti, ſecundum Myſ. in d. §. fi. Infra de oblig., quæ ex quaſi contrac.
5. nu. 4. Tertius caſus, in quo ceſſat hæc actio eſt, quando ſcienter indebitum ſoluitur l. 1. ff. eo. quia donari videtur l. donari, de reg. iur. & prout ſupra in quartò requiſito dictum eſt. Quartus caſus eſt, quando aliquid indebitè ſoluitur ex cauſſa iuramenti, tunc ſolutum, nō repetitur. ratio quia iuramentum pro veritate habetur, vt per ſcrib. poſt textum in §. item ſi quis poſtulante, Infra de actio. l. ait prætor, & l. non poſtea .ff. de iureiur. iuramentumq; ſpeciem continet tranſactionis, & maiorem habet auctoritatem, quàm res iudicata l. 2. de iureiur. quò fit, vt poſt iuramentum non amplius quæratur an debeatur, ſed an ſit iuratum d. §. item ſi quis.
6. Quintus caſus eſt, quando per ſententiam ad ſoluendum quis condemnatur, quod non debet, & ſententia tranſiuit in rem iudicatam, ſi condemnatus ſoluerit, licet indebitum naturaliter non repetit l. 1. C. eo. quia res iudicata pro veritate habetur l. res iudicata, de reg. iur. Niſi ſecundum gloſ. in dict. l. prim. ſententia fuiſſet obtenta dolo aduerſantis, veluti propter falſas allegationes, aut falſa inſtrumenta, vt probat tex. vbi glo. & Bart. in l. ſi prætor §. Marcellus .ff. de iudic. & in l. fi. C. ſi ex falſis inſtrumentis; & prout
7. latius per Bel. hic nu. 23. Sextus, ſi ſolutio eſſet facta per errorem in piam cauſſam, l. cùm is §. ſi mulier .ff. eo. quod procedit, vbi pia cauſſa induceret ſoluentem ad credendum ſe eſſe obligatum, veluti ſi mater, frater, aut ſoror, dotem darent pro filia, aut ſorore, exiſtimantes munus iſtud ad eos ſpectare, quia falſa opinione ſublata, remanet adhuc pia cauſſa, quæ repetitionem impedit, cæterum ſi alia cauſſa inducat quem ad ſoluendum indebitum, repetitioni locus erit, licet in piam cauſſam facta ſit ſolutio; veluti ſi prædictæ perſonæ dotem darent exiſtimantes, ſe ex teſtamento teneri, cùm re vera non tenerentur, quia tunc non pia cauſſa, ſed falſa

ſa opinio teſtamenti ad ſoluendum induxit, ideo ſolutum hoc caſu repetitur. Secundum Bart. in d. l. cùm is §. ſi mulier. Bel. hic. nu. 23. per textum in l. qui ſe debere, & l. ſi donaturus §. 1. ff. de cond. cauſſa data. Duo igitur copulatiuè requiruntur ad hoc, vt ſolutum hoc caſu non poſsit repeti. Primum eſt quòd ſolutio ſit facta in piam cauſſam; Secundum, quòd pia cauſſa ad
8. ſoluendum inducat. Septimus, & vltimus caſus, in quo ceſſat hæc condictio eſt, quando ſoluitur quod eſt ab alio debitum, licet ſoluens non debeat, ſi modo debitoris nomine ſoluat. l. repetitio. ff. eo. & prout ſupra in primo requiſito ad indebitum contrahendum diximus. &c.

DE COMMODATO,
ex §. item is.

TErtius contractus, qui re celebratur, dicitur commodatum, de quo per Imperatorem hic in §. item is, ac ff. C. & ex. commod., ad cuius intelligentiam quattuor erunt nobis examinanda. Primum eſt, quid eſt commodatum, quomodo differat à mutuo, & vnde dicatur. Secundum, quæ requirantur ad contrahendum commodatum. Tertium, quæ actio inde oriatur. Quartum, & vltimum ad quid teneatur tàm commodans quàm commodatarius. Sed quia precarium in genere neutro, (quia de precaria in genere fęminino, quæ ſpecies eſt emphitheuſis, de qua per Abb. & ſumiſt. ex. de precarijs, hic non intendo tractare, ſed Infra tit. de loc. §. adeò, vbi eſt locus ſuus) eſt ſimile commodato, vt ait I. C. in l. 1. ff. de precarijs, ideo aliqua ſimul de precario dicemus, tradendo ſub vnaquaq; quæſtione concordantias, & differencias inter vtrumq;

QVID EST COMMODATVM, IN quibus differat à mutuo, & vnde dicatur.

1. Recitatur, & explicatur diffinitio commodati.
2. Reprehenditur Myſing. hic.

3. In

3. In quatuor differt commodatum à mutuo.
4. Vnde dicatur commodatum,& precarium.

COmmodatum,ſecundum gloſ. in c. vnico ex. commod.,& Azo:in ſumma C.eo.,ſic diffinitur;vt ſit alicuius rei,ad aliquē ſpecialem vſum gratuita facta conceſsio. Dictio conceſsio,ponitur loco generis, nam & precarium eſt conceſsio, quæ fit ad preces petentis tamdiu, quamdiu is, qui conceſsit patitur l. 1. ff. eo. & c. precarium ex. de precario. per hanc dictionem conceſsio,diſtinguitur commodatum à mutuo, in quo res non conceditur, ſed datur. dictum .n. eſt mutuum, quaſi de meo tuum fiat l. 2. §. appellata ff. ſi cert pet. Dixi alicuius rei,ad excludendos contractus, qui ſine rei interuentu, ſed verbis, aut litteris perficiuntur. Dixi ad aliquem ſpecialem vſum, vt excluderem precarium: vnde ſequitur, quòd,qui ſupponit commodatum, ſupponat,& ſpecialem vſum,& qui ſupponit precarium,ſupponat etiam indefinitum rei vſum,& in hoc potiſsimum differt commodatum,à precario. Dictio vſum,excludit mutuum, in quo res non conceditur ad vſum, ſed ita datur,vt accipientis fiat, item excludit pignus, & depoſitum, in quo res,quæ pignori datur, aut deponitur,non datur ad vſum,ſed ad hoc,vt creditori magis ſit cautum,Immò ſi creditor pignore, & depoſitarius re depoſita vtantur, furtum committunt. §. furtum autem,Infra de oblig. quæ ex delic. naſc.,& demum excludit donationem, quia,qui donat, ſic dat, non recepturus l. 1. ff. de precar. ſed,qui commodat, ſic dat,tunc recepturus, cùm vſus erit finitus. Dictio gratuita excludit locationem, & conductionem, quæ fit mercede interueniente §. 1. Infra loc. & conduc.

2. Addit huic diffinitioni Myſing. hic,hæc verba, vt eadē ſpecies,non alia eiuſdem generis nobis reddatur, ad excludendum mutuum,in quo non eadem res,ſed alia eiuſdem generis nobis redditur, ſed hæc arbitror ſuperflua potiuſquàm neceſſaria; primò,quia ſatis excluditur mutuum per dictiones, ad vſum facta conceſsio,

vt ſupra

vt ſupra demonſtraui. Secundò quia cùm in commodato, res non ita detur, vt accipientis fiat, ſed ad ſolum vſum concedatur, tacitè in conſequentiam venit, vt eadem res debeat reddi ſtante ſic regula l. 2. §. 1. ff. ſi cert. pet. quòd aliud pro alio ſolui inuito creditore non poſsit, vnde cùm tacitè in conſequentiam veniat, dicitur eſſe de natura, non de ſubſtantia, ideò non erit de diffinitione, vt latius Infra circa ſecundum requiſitum dicere contingerit. Immò amplius poteſt etiam in mutuo eademmet res reddi, vt ſupra circa vltimum mutui
3. requiſitum habuimus. Et ex prædictis patet, differre commodatum à mutuo, ſecundum gloſ. hic in verbo namq; poſt textum. Primò quia rei, quę mutuatur, dominium tranſit in mutuatarium: rei verò quę commodatur, ſolus vſus in commodatarium transfertur. Secundò mutuatarius de alia re eiuſdem generis, & bonitatis; commodatarius verò de eademmet in ſpecie reſtituenda tenetur. Tertiò in mutuo, periculum caſus fortuiti ſpectat ad recipientem, & ſic ad mutuatarium, vt hic in tex. & latè ſupra ſuo loco, ſed in commodato, ſpectat ad commodantem, & ſic ad concedentem, vt Infra circa vltimam quæſtionem dicemus. His addo quartam eſſentialem differentiam; mutuantur, n. res tantum, quæ pondere, numero, menſura uè, conſtant, & in genere ſuo functionem recipiunt; commodantur verò aliæ omnes, his demptis, vt Infra circa primum requiſitum latè dicemus. differt etiam à precario in pluribus, ſed de eis, Infra in proceſſu materiæ dicemus.

Dictum autem eſt commodatum, quaſi ad commodum
4. vtentis datum, ideò regulariter illud celebratur gratia commodatarij tantùm. l. ſi vt certo §. nunc videndum, verſ. commodatum autem ff. co. Nam res in commodatum accipere ſolemus, vt vſui noſtræ neceſſitatis conſulamus. Precarium verò à precibus dicitur, quia preces petentis, vt plurimum interueniunt l. 2. in fi. ff. de precario. ideò ab eo, quod frequentius accidit, nomen deſumpſit argum. l. nam ad ea ff. de legib. non

tamen intereſt ſi preces non interuenerint; quia non verba, ſed id, quod agitur inſpici debet; Imnò verba impropriantur, vt deſeruiant intentioni contrahentium l. ſi. vno in princ. ff. loc. adeò vt licet preces petentis non interuenerint, ſi modo res concedatur ad tempus, & vſum indefinitum, adhuc erit precarium.

QVAE REQVIRANTVR AD CONtrahendum commodatum.

1. Declaratur primum requiſitum ad contrahendum commodatum.
2. Res mobiles, & immobiles; corporales, & incorporales commodantur.
3. Quod vſu conſumitur non commodatur, niſi ad pompam, & nu. 4.
5. In re propria non conſiſtit commodatum, nec etiã precarium, quantum ad proprietatem, ſed quoad vſum poſſeſsionis, poteſt in re propria, & commodatum, & precarium conſiſtere.
6. Explicatur ſecundum requiſitum.
7. Ponderatur textus noſter, in verbo ob id.
8. Pactum, & conuentio contra ſubſtantiam contractus, illum in aliam ſpeciem transformat, aut eſt ipſo iure nullum.
9. Precariò rogans poſsidet naturaliter, commodatarius verò ſolùm detinet.
10. Quid differant inter ſe, poſsidere naturaliter, ciuiliter, & detinere.
11. Ratio diuerſitatis, cur precariò rogans naturaliter poſsideat, commodatarius verò ſolùm detineat.
12. Tertium requiſitum eſt, quòd res commodetur ad ſpecialem vſum, & limit. tempus expreſsè, aut tacitè.
13. Specialitas vſus habet tacitè limit. tempus annexum.
14. Modus formandi libellum in contractu cõmodati.
15. Quando deficit ſpecialitas vſus, aut limitatio temporis

poris eſt precarium, & ibi recitantur exempla.
16. Commodatarius non poteſt vti re commodata, niſi ad vſum, ad quem conceditur; alias furtum committit.
17. Commodatum non reuocatur, niſi vſu finito, precarium verò reuocatur ad libitum concedentis, & nu. 20.
18. In vſu rei commodatæ conſiſtit donatio.
19. Medium concludendi in actione commodati directa.
21. Ratio diuerſitatis, quare commodatum non reuocetur, niſi vſu finito, precarium verò ad libitum concedentis.
22. An precariò concedens poſsit reuocare precarium cum maximo damno precariò rogantis.
23. Precarium in tribus caſibus tacitè reuocatur.
24. Declaratur quartum, & vltimum requiſitum.
25. Si pro re commodata conſtituatur merces in pecunia numerata, erit locatio, ſi verò in alia re, quã pecunia, erit contractus innominatus.

QVatuor ſunt, quæ ad contrahendum commodatum requiruntur, quorum primum eſt, vt res, quæ commodatur, actualiter interueniat. Ideò dicebat Imperator hic, quòd is, cui res aliqua vtenda datur, ideſt commodatur, re obligatur; licet .n. quis promiſerit rem commodare; non tamen erit commodatum, niſi res vtenda concedatur. l. obligamur ff. de actio., & oblig., qua ratione factum eſt, vt inter contractus, qui re celebrantur fuerit connumeratus contractus commodati. Sed hic opportunè ſciendum eſt vobis, IN QVIBVS REBVS COMMODATVM CON-
2. TRAHI POSSIT. qua de re eſt tex. in l. 1. §. inter commodatum ff. eo. vnde colligo, quòd non ſolum res mobiles, & immobiles, ſed etiam corporales, & incorporales commodari poſſunt. Commodari .n. (inquit ibi tex.) rem mobilem, non etiam ſoli; ſed vt apparet propriè commodata res dicitur, & quæ ſoli eſt. Iulianus

amplius, & habitationem accommodari poſſe ait; Quare cùm rem ſoli prius dixerit commodari poſſe, & adiecit Iulianus etiam habitationem commodari poſſe; patet intelligendum eſſe de ſeruitute habitandi, alias nihil videretur adiectum, licet Plac. ibi in gloſ. dicat ſe
3 non legiſſe, quòd incorporalia poſsint commodari. Porrò quod vſu conſumitur nõ commodatur, quia in commodato ſolus rei commodatæ vſus transfertur in commodatarium, & ob id de ea ipſa re reſtituenda tenetur, vt hic in textu, & in l. 2. in princ. ff. ſi cert. pet. quòd ſi res, quæ commodatur vſu omnino cõſumeretur, qualis eſt, quæ conſtat pondere, numero, vel menſura, & recipit functionem in genere ſuo, daretur repugnantia in vno, & eodem actu; quod eſſe non debet. l. vbi repugnantia, de reg. iur. quia non poſſet eademmet res reddi, ſequeretur pariter confundi commodatum cum
4 mutuo. Niſi ad pompam ſibi commodari, quis faceret res, quæ vſu conſumuntur, prout ſi iuuenis pecuniam in commodatum acciperet, illam non conſumpturus, ſed ad pompam, vt illam amicis puellæ oſtendens, diues appareret, tunc contrahitur commodatum in pecunia, vt inquit I. C. in l. 3. in fi. ff. eo. vbi Caſtr. Non poteſt commodari, quod vſu conſumitur, (dicit ibi textus) niſi forte ad pompam, vel oſtentationem quis accipiat, ſæpe enim ad hoc commodantur pecuniæ, vt dictis gratia numerationis loco intercedant. Ratio eſt, quia cùm non vtatur hoc caſu commodatarius re ad vſum, ad quem eſt deſtinata, ſed ad alium, quo mediante res non conſumitur, poteſt adhuc eademmet res reddi, quia tunc dominium remanet penes concedentem, quod ſi daretur ad vſum, ad quem eſt deſtinata, tunc eſſet mutuum, in quo transfertur dominium. & in hoc conuenit commodatum cum precario; nam in iiſdem rebus corporalibus, & incorporalibus conſiſtit precarium; veluti ſi tu me rogaueris, vt per fundum meum ire, agere tibi liceat, vel vt in tectum, aut in aream ædium mearum ſtillicidium; vel tignum in parietem immiſſum habeas, vt dicit tex. in l. 2. in §.

5. iuncta l. 3. & l. & habet. in princ. ff. de precar. Sed in re propria non conſiſtit commodatum, nec etiam precarium, quia receptum eſt rei ſuæ precarium non eſſe, vt dicit tex. in l. 4. circa fin. ff. de precar. & in l. qui rem ſuam ff. depoſiti. ad idem textus in l. neq; pignus. de reg. iur. & hoc procedit quando contractus commodati, vel precarij eſt factus reſpectu proprietatis, quòd ſi fiat reſpectu poſſeſsionis, quam commodatarius non habebat, tunc quoad vſum poſſeſsionis poteſt in re propria, & commodatum, & precarium conſiſtere; veluti ſi rem pignoratam quis precario rogauerit, vt dicitur in l. ſi debitor ff. de precar. & habetur in l. certè in fi. iuncta l. ſeq. ff. de precar. ſed & ſi eam rem (inquit ibi tex.) cuius poſſeſsionem per interdictum vti poſſidetis retinere poſſem: quamuis futurum eſſet, vt teneat de proprietate, precariò tibi conceſſerim, teneberis hoc interdicto, & habetur per Caſtr. in d. l. qui rem in fi.

Secundum requiſitum eſt, vt ipſius rei, quæ commodatur
6. ſolus vſus, & detentatio quædam in commodatarium trãsferatur, dominiũ aũt, & rei cõmodatæ poſſeſsio, tam naturalis, quàm ciuilis penes cõmodantem remaneat l. rei. ff. eo. §. poſsidere verſ. per eos. infrà de interdic. nemo. n. commodando rem facit eius, cui commodat, vt dicit tex. in l. nemo. ff. eo. nam non ita res datur, vt eius fiat, & ob id de ea ipſa re reſtituenda tenetur, vt
7. dicit Imperator hic. Vnde notandum nos habere textum aduerſus ea, quæ adijciuntur diffinitioni, de quibus ſupra: quia quòd eadẽ res reddi debeat per commodatarium non alia, hoc eſt de natura commodati, & tacitè in conſequentiam venit, vt denotat dictio illa ob id, abſq; quòd exprimatur, maximè ſtante ſic regula l. 2. §. primo. ff. ſi cert. pet. quòd aliud pro alio ſolui inuito creditore non poſsit. Ideò ſi ſic agatur, vt dominium rei commodatæ in accipientem tranſeat, deſinet eſſe commodatum, & tranſibit in aliam ſpeciem contra-
8. ctus, quia pactum, & conuentio contra ſubſtantiã contractus, illum in aliam ſpeciem transformant ſi eſt poſ-

ſibile l. vbi ita donatur .ff.de don. cauſ. mort. not. Abb.
in c. Vnico nu. 10, ex. eo. aut eſt ipſo iure nullum l. cũ
precario ff.de precario,& in hoc differt commodatum à
9. precario, in quo dominium,& poſſeſsionem ciuilem
precariò concedens penes ſe retinet, naturalem verò in
accipientem trãsfert,vt inquit I. C. in l. & habet.§.fi.ff.
de precario, in his verbis, placet autem penes vtrumq;
eſſe eum hominem, qui precario datus eſt,penes eum,
qui rogaſſet, quia poſsideat corpore penes dominum,
quia non diſceſſerit animo à poſſeſsione: duorum .n. in
ſolidum poſſeſsio eſſe non poteſt, l. ſi vt certo §. ſi duo-
10. bus .ff.eo,Sed hic obiter pro intelligentia terminorum
ſciendum eſt vobis,poſt tex. gloſ.& DD. in l. nemo C.
de acq. poſ., & Iaſ.in l. clam poſsidere §.qui ad nundi-
nas nu. 21. ff. de acq. poſ.,quòd poſſeſsio poteſt dupli-
citer conſiderari; vno modo,prout homo corporaliter
eſt in poſſeſsione, & iſta eſt poſſeſsio naturalis,quando
quis corpore naturaliter inſiſtit, & ſic naturalis poſseſ-
ſio eſt ius inſiſtendi rei, hæc retinetur per alium,vt in
caſu noſtro retinetur per commodatarium,vt dicit tex.
in §. poſsidere,in his verbis per eos quoq;,apud quos
depoſuit quis, aut quibus commodauerit ipſe,poſside-
re videtur. Vnde commodatarius dicitur habere non
ius inſiſtendi, ſed detentationem, ideſt cuſtodiam l.
cum legati ff. ex quib. cauſ. in poſ. eatur. ita exponi-
tur per Bart. in l. 1. nu. 27. de acq. poſ. hæc dictio de-
tentatio. Alio modo conſideratur poſſeſsio,prout eſt in
homine, quæ ciuilis dicitur, & in animo hominis con-
ſiſtit; quam habet vſufructuarius, vaſallus,emphyteu-
ta; occupans bona abſentis, ut habetur in l. clàm poſ-
ſidere §. qui ad nundinas ff. de acq. poſ. vbi DD. &
11. precariò concedens d. l. & habet §. fi: Ratio diuerſi-
tatis,cur precariò rogans naturaliter poſsideat, com-
modatarius verò ſolùm cuſtodiat, & detineat, poteſt
eſſe duplex, quæ colligitur ex Iaſ. in l. 3. §. ex contra-
rio nu. 12. ff. de acq. poſ. quarum altera eſt, quia in
commodato vſus eſt limitatus, & reſtrictus, in preca-
rio verò eſt incertus, latus, & diffuſus, vt in ſeq. re-

quiſito

quiſito dicemus. Vnde ratione latioris vſus, ius in precario dicitur fortius, ideò nimirum ſi in precario rogantem, tranſit naturalis poſſeſsio tamquam in habentem ius fortius. Altera autem ratio, quia ſtante quòd precarium habet incertum vſum, commodatum verò certum, & ſpecialem, quod eſt incertum, propter dubium, reputatur perpetuum, donec reuocetur, vt probat tex. in l. iuriſperitos in princ. ff. de excuſ. tutorum l. ſufficit, vbi Bart. de cond. indeb. ſed ius, quod eſt perpetuum reputatur fortius, quàm temporaneum l. 1. §. quod autem ait prætor ff. de ſuperficieb. non mirum ergo ſi in precario rogantem, tranſit naturalis poſſeſsio, tamquam in habentem ius perpetuum, & fortius, quàm habeat commodatarius temporaneum limitatum; & ſic debilius ius habens.

Tertium requiſitum eſt, quod vſus rei, quæ commodatur,
12. ſit ſpecialis, & ſic quòd res commodetur ad vſum ſpecialem, & limitatum tempus, expreſsè, aut tacitè l. in commodato §. ſicut. vbi gloſ. verſ. finem ff. eo. Exemplum commodo tibi equum ad hoc, vt vadas ad villam, ineſt hic ſpecialis vſus, & limitatum tempus, nō expreſsè, ſed tacitè, intra quòd ſcilicet poſsis ire & redire de villa l. 3. §. ſi quis ita ſtipulatur iuncta ibi gloſ. verſ. agit ff. eo. quòd certo loco. aliud exemplum; Accommodo tibi librum ad tranſcribendum, ineſt ſpecialis vſus, & tempus tacitè limitatum, intra quod poteſt liber commodè tranſcribi l. interdum ff. de verb. oblig., & ideò in diffinitione commodati nulla fit mentio tem-
13. poris, ſed vſus tantùm ſpecialis, quia ſpecialitas vſus habet, vt plurimum limitatum tempus tacitè annexum.
14. Hinc diſcas modum formandi libellum, dum prętendis reuocationem; nam debes te fundare ſuper ſpeciali vſu, & tempore limitato, aliàs ſi alterum iſtorum deficiat ſpecialitas nempè vſus, aut limitatio temporis non erit commodatum, ſed precarium. l. Lucius ff. de
15. donat. Poteſt .n. contingere, quòd vſus ſit certus, & ſpecialis, tempus verò non ſit limitatum, nec etiam tacitè; vt ſi conceſſero habitationem domus alicui,

vſus quidem eſt certus, non tamen in ſe continet limitationem temporis, ideò erit precarium, non commodatum; & econtra poteſt dari limitatum tempus, & vſus incertus. l. in rebus §. fi. cum l. ſeq. ff. de precar. vt ſi commodaui tibi equum per decem dies; tempus eſt limitatum, ſed vſus non eſt ſpecificatus, certè hæc conceſſio non tranſit in ſpecialem contractum commodati, quia deeſt ſpecialitas vſus, erit ergò precariũ, verùm quia limitatio temporis eſt contra ſubſtantiam precarij, quod poteſt reuocari ad libitum concedentis l. 1. ff. de precar. ideò habebitur pro non appoſita adeò vt poſſit adhuc intra limitatum tempus ad libitum reuocari l. cùm precariò ff. de precar.

Hinc eſt quòd cùm commodatum detur ad vſum ſpecia-
16. lem, & limitatum tempus, tacitè in conſequentiam venit tamquam de natura commodati, vt ad eum vſum vtatur, ad quem conceditur, non ad alium, nè contingat alienis rebus nos vti inuito domino, adeò vt ſi commodatarius, fines commodati transgreſſus fuerit, re commodata aliter vtendo, furtum committit §. placuit, Infra de oblig. quæ ex delic. quod procedit, ſi modò commodatarius non putarit dominum permiſſurum. Quòd ſi in ea fuerit opinione dominum conceſſurum, licet falsò id ſibi perſuadeat, furti nõ tenebitur, cùm deſit affectus furti faciendi; veluti ſi adeſſent aliqua indicia, propter quæ ita præſumendum ſit, vt quia commodans fuerit ſuus amicus, & prout per DD. in d. §. placuit.

Hinc etiam eſt, quòd cùm, vt ſupra dixi, commodatum
17. concedatur ad ſpecialem vſum, & limitatum tempus, tacitè in conſequentiam venit, & eſt de natura commodati, vt non poſſit reuocari, niſi vſu finito l. in commodato §. ſicut ff. eo. commodatum .n. à principio eſt liberi officij, poſtea verò neceſſarij, prout etiam omnes contractus, qui à principio ſunt voluntatis, ſed ex poſt facto neceſſitatis l. ſicut C. de actio. & oblig., & contractus ex conuentione partium legem accipiunt l. ſi con-
18. uenerit ff. depoſiti. Nam in vſu rei commodatæ con-

ſiſtit

ſiſtit donatio l. in ædibus in princ. de don. not. Bart. in l. 1. §. 1. ff. eo. Ideò ſicut donatio non reuocatur poſtquam eſt celebrata, & perfecta §. aliæ autem donationes, ſupra de donatio: Ita nec commodatum.
19. Propterea medium concludendi in actione commodati directa erit, non ſolùm quòd vſus ſit ſpecialis, vt ſupra, ſed quòd etiam ſit finitus, & in hoc differt à precario, quod cùm concedatur ad vſum incertum, & tem-
20. pus non præfinitum, poterit reuocari ad libitũ concedentis, licet non expreſſum hoc fuerit à cõtrahentibus: quia eſt de natura contractus, & tacitè ineſt, quod, ſi non fuerit reuocatum, durat etiam poſt mortem concedentis l. quæſitum §. quod à Titio ff. de precario; nam, quando actus validitas dependet à voluntate alterius, non reuocatur per ipſius mortem, quia præſumitur quis durare in ea voluntate, in qua decedit c. maiores. de baptiſ. immò cenſetur tunc tacitè renouatum precarium l. 4. §. item qui precarium ff. de precar. intelligitur .n. dominus (inquit ibi tex.) cùm patitur eum, qui precario rogauerit poſsidere, rurſus precariò concedere.
Ratio diuerſitatis, quare precarium reuocetur ad libitum
21. concedentis: commodatum verò non niſi finito vſu; adducitur per Bart. in l. in commodato. §. ſicut nu. 5. ff. eodem, videlicet quia cùm precarium non detur ad ſpecialem vſum, & limitatum tempus, ſi non poſſet ad libitum reuocari, proprietas rei cõmodatæ eſſet inutilis penes concedentem, quod eſſe non debet. Sed hæc ratio meo iudicio non eſt bona; nam licet precarium non poſſet, niſi poſt aliquem vſum reuocari, non propterea inutilis eſſet proprietas; quia finito vſu rediret vtilitas ad proprietatem, prout in commodato, ideò veram arbittor rationem differentiæ, quam dixit I. C. in §. ſicut, & ſum. Pontif. in c. vnic. ex. eo. quia ſcilicet beneficio decipi nos non opportet, ſed iuuari. hæc ratio ſi benè conſideretur, tollit obiectum; nam ſuppoſito, prout ſupra diximus, quòd commodatum detur ad ſpecialem vſum, & limitatum tempus, precarium verò ad

incertum vſum, & ad tempus non limitatum, ſi commodatum poſſet reuocari ad libitum concedentis, ſicut precarium vſu nondum finito: commodatarius diceretur beneficio decipi, non iuuari. Exemplum commodaui lectiones ad tranſcribendum, poſtquàm feciſti tranſcribi medietatem, ſi reuocari poſſent lectiones commodatæ, beneficium conuerteretur in maximum præiudicium, quia medietas illa tranſcripta, & impenſæ eius occaſione factæ redderentur inutiles, quia nec poſſes fortaſsis amplius habere eumdem ſcriptorem, quare cùm ab initio commodans conſenſerit, vt ad ſpecialem vſum, ad tranſcribendum ſcilicet, & tacitè limitatum tempus ad tranſcribendum aptum, commodatarius vteretur lectionibus, debet poſſe neceſsitate adſtringi, vt patiatur vſum perfici, & ſic lectiones tranſcribi, & tempus ad ſcribendum aptum expirare, quia niſi eas commodaſſes fortaſsis aliter ſibi prouidiſſet, prout in ſimili dicit I. C. in d. §. ſicut. de eo, qui cùm abſentis negocia gerere cœpit, impunè ea non deſerit, ſuſcepiſſet. n. fortaſsis alius, ſi is non cœpiſſet negocia gerere. Sed in precario hæc ratio non militat; quia non te decepit in aliquo, ſi ad libitum reuocat; quia ad aliquem ſpecialem vſum, & ad limitatum tempus non cōceſsit, & in re propria vnuſquiſq; eſt moderator, & arbiter. l. in re mandata C. mand.: debueras tu pręfinire vſum, & limitare tempus, & ſic non precarium, ſed commodatum impetrare, ſi nolebas intempeſtiuè reuocari poſſe ad libitum concedentis. Vndè cùm damnum, quod ex celeri reuocatione ſentis, tua
22. culpa ſentias, tibi non alijs debes imputare, in nihilo en. dammificaris ex culpa concedentis. crediderim tamen, qui ſi concedens velit reuocare precarium, cum maximo damno precario rogantis, ſibi obſtabit exceptio doli, cùm non debeat doloſè verſari in beneficio conceſſo, nam non poteſt negari, quin precarium ſit beneficium, & beneuola actio, vt in ſimili refert Abb. in c. fi. ex. de precar. nu. 13. de eo, qui inuitauit viatorem, & ipſum detinuit, poſtea cum pænituit, quia

contra eum agi poteſt actione de dolo, quia cum damno viatoris, qui ſuum iter peregiſſet pænituit de beneficio,& in ſimili ait Bart. in l.ſi pœnam.de verb. oblig. quòd mutuum factum ſine temporis præfinitione non poteſt in continenti reuocari; ſic & in precario, licet conceſsio non habeat vſum pręfinitum, & limitatum tempus, poteſt tamen repetitio differri ad aliquod tempus, Iudicis arbitrio moderandum, ne beneficium retorqueatur in maximum præiudicium precariò rogantis, qua de re videas Dec. in l. contractus.de reg. iur. nu. 11.

Sunt tamen tres caſus,in quibus precarium tacitè, reuo-
13.catur. Primo morte precariò rogantis,nam licet ad hæredem concedentis tranſeat precarium, vt ſupra diximus:non tamen tranſit ad hæredem precariò rogantis, ratio eſt de qua in l. cùm precario §. precarij ff.de precar. precarij rogatio ad hæredem eius, qui precario conceſsit, tranſit, ad hæredem autem eius, qui precario rogauit,non tranſit,quippè ipſi dumtaxat nō etiam hæredi eius conceſſa poſſeſsio eſt,(inquit ibi textus.) Secundo alienatione rei precario conceſſæ, ſi tamen is, cui conceſſa res eſt, nolit amplius precarium durare, cùm non liceat rem alienam inuito domino poſsidere c. fi. de precar. quòd ſi per emptorem non reuocetur magis eſt, vt ab eo videatur precario habere l. quæſitum §. quod à Titio ff. de precar. Tertio,& vltimo precarium pignoris,de quo ſupra in primo requiſito, finitur, cùm debitor ſoluit creditori quod debet, cùm tunc deſinat eſſe pignus, vt dicitur in l. ſi debitor ff. de precar.in his verbis: ſi debitor rem pignoratam precariò rogauerit, ſoluta pecunia precarium ſoluitur.

Quartum,& vltimum ſubſtantiale requiſitum commodati
14. eſt, vt ſit gratuitum, ideſt,quòd vſus rei nulla mercede conſtituta, vel accepta concedatur, aliàs ſi merces in pecunia numerata pro vſu rei conſtituatur,erit locatio,vt hic in textu. Commodata .n. tunc res propriè intelligitur, ſi nulla mercede accepta, vel conſtituta, res tibi vtenda data eſt, alioquin mercede interueniente,

locatus tibi vſus rei videtur. gratuitum .n. debet eſſe commodatum: ita loquitur Imperator hic. quòd ſi merces in alia re conſiſteret, quàm in pecunia, tunc non eſſet locatio, ſed contractus innominatus l. 1. §. ſi quis ſeruum ff. Depoſiti l. naturalis §. at cùm do ff. de præſcrip. verb. qualiter autem cognoſcatur, quis contractus fuerit celebratus, tradit ord. Bart. in l. 1. in princ. ff. ſi cert. pet.

QVAE ACTIO INDE ORIATVR.

1. Ex contractu commodati, oritur actio commodati directa, & contraria.
2. Actio directa, quando opponatur vtili, & quando contrariæ.
3. An & quando actio diſtinguatur in directam, & contrariam. latè declaratur.

EX contractu commodati oritur actio cõmodati, vt hic in textu, quæ diſtinguitur in directã, quæ datur commodanti, & eius hæredibus contra commodatarium, & eius hæredes & de hac loquitur textus noſter hic in his verbis: Item is, cui res aliqua vtenda datur, ideſt commodatur, re obligatur, & tenetur commodati actione; & contrariam, quæ datur commodatario, & eius hæredibus contra commodantem, & eius hæredes, de qua loquitur textus in l. in commodato §. ſicut. ff. eo. & propterea inſcripta eſt rub. ff. & C. commod. vel contra, ideſt de actione commodati directa, & contraria.

2. Pro cuius intelligentia ſciendum eſt vobis, quòd actio directa, quandoq; opponitur vtili, quandoq; opponitur contrariæ, ſecundum Bart. & communiter DD. ordin. in gloſ. l. curatoris C. de negot. geſt. & gloſ. verſ. conſentire l. conſenſu ff. de Actio. & oblig., priore caſu directa datur in caſu, quando locum ſibi vindicant verba, & mens legis, licet gloſ. in d. l. curatoris, contrarium tenuerit, quòd immò directa detur in caſu, quando loquuntur verba legis tantùm, ſed malè ſecundum Bart.

ibi nu. 5. & communiter DD. Vtilis verò datur in caſu, cui,neq; verba, neq; mens legis adaptatur, ſed legiſlator poſterior,puta I.C., vel prætor legem olim ſcriptam ex rationis ſimilitudine, aut paritate ad alios caſus ſimiles extendit. Exemplum in l. pen.ff.ſi quadrup.pauper. vbi actio in factum de pauperie vtilis competit in caſu, quando non quadrupes, ſed aliud animal pauperiem fecerit; ecce ergo qualiter caſus quadrupedis à l. 12. tab. prouiſus, in quo datur actio in factum de pauperie directa, extenditur ex identitate rationis ad caſum, in quo non quadrupes, ſed aliud animal pauperiem fecerit: & tunc datur vtilis actio, ſecundum gloſ.
3. in l. 1. ff. ſi quadrup. pauper. Poſteriore verò caſu, ſi quæramus quando actio diſtinguatur in directam, & contrariam, dicite poſt DD. in locis præallegatis, & Aret.in §.ſocius. Infra de ſocietate in princ.diſtinguendum hunc in modum. Aut variantur nomina contrahentium, & contractus ipſi, vt in emp. & vend.: nam ſi vendo tibi aliquid, variantur nomina contrahentium; quia tibi nomen emptoris conuenit, mihi verò nomen venditoris, variatur pariter ipſe contractus; quia ex parte mei dicitur venditio, ex parte verò tui dicitur emptio, tunc non diſtinguitur actio, cùm immò duæ oriantur actiones,mihi .n. competit actio ex vendito ad rei prætium conſequendum, tibi verò actio ex empto ad rem ipſam. Idem pariter,ſi tibi locaui,mihi ex locato, tibi ex vendito, ego locator, tu conductor. Aut nō variantur nomina contrahentium,neq; contractus ipſe, vt in ſocietate,vterq; .n.eſt ſocius, & ab vtraq; parte dicitur ſocietas, tunc non diſtinguitur actio, ſed ab vtraq; parte eſt eadem actio. Aut tertiò,& vltimò variatur nomen contrahentium, contractus autem ipſe non variatur, quòd dupliciter contingit, & tunc diſtinguitur actio in directam, & contrariam, & primo contingit hæc variatio, vt quia nomen deſcendit à nomine, vt in commodato, alter commodans, alter commodatarius dicitur: contractus verò nomen non variatur, cum ab vtraq; parte ſit commodatum, tunc directa competit

habenti nomen primitiuum, ideſt commodanti, contraria verò habenti nomen deriuatiuum, ideſt commodatario. Idem pariter in mandante, & mandatario, deponente, & depoſitario. limitatur procedere hæc actionum diſtinctio, quando obligatio eſt reciproca, vt in caſu commodati, in quo vterq; contrahentium obligatur, vt in ſeq. q. dicemus. vnde in contractibus, qui non ſunt vltro citroq; obligatorij, vt eſt donatio, & ſimiles, licet cadat nominum variatio, quia alter donans, alter donatarius, & ab vtraq; parte dicatur donatio, nõ tamen cadit actio contraria, ſecundum Aret., & alios in d. l. curatoris nu. 4. Secundò contingit variatio, non quia nomen deſcendat à nomine, ſed cuiq; aſsignatur ſuum nomen, vt in contractu pignoris, alter contrahentium dicitur creditor, alter debitor. Idem in quaſi contractu tutelæ, alter tutor, alter pupillus, In quaſi contractu negotiorum geſtorum, alter dominus, alter negotiorum geſtor appellatur, non tamen variatur contractus, tunc directa datur creditori, domino, vel pupillo, ad quos res pertinet, contraria verò debitori, negotiorum geſtori, vel tutori. & hæc de actione commodati. Ex precario verò non hæc actio, ſed interdictum de precario competit l. interdictum .ff. de precario.

AD QVID TENEATVR TAM COMMOdans, quàm commodatarius, ſiue ad quid detur prædicta actio commodati, tàm directa quàm contraria.

1. Commodatarius tenetur ad ipſam rem reſtituendam tunc, cùm vſus finitus erit, & lapſum tempus præfixum ad vtendum re commodata.
2. Licet vſus non ſit finitus, ſi tamen lapſum fuerit tempus, adhuc poterit commodatum repeti.
3. Si res ad pignorandum eſt commodata, tunc tenebitur commodatarius eam reddere cùm fuerit ſatisfactum creditori.

4. In actione commodati, & alijs, quæ ſunt bonæ fidei, nõ dicitur res reddita, quæ deterior redditur. ideò prima actio durat, niſi deterioratio procedat ex vſu rei ſine culpa commodatarij.
5. Commodatarius quando ad æſtimationem rei peremptæ teneatur.
6. In precario prętatur dolus, & culpa tantum lata.
7. Ad quem ſpectet rei periculum in contractu commodati, laté diſtinguitur.
8. Periculum caſus fortuiti ſpectat ad dominum.
9. Commodatarius in quatuor tantum caſibus tenetur de caſu fortuito.
10. Incendium regulariter non eſſe caſum fortuitum: ideò probato incendio, probata eſt intentio aduerſus inhabitantes, & nu. 11.
12. Commodans tenetur commodatario ad quatuor, quæ ſucceſsiuè recitantur.

COmmodatarius hac actione cõmodati directa ad tria tenetur; Et primò ad rem commodatam, in ſpecie reſtituendam, vt hic in textu, ibi, de ea ipſa re reſtituenda tenetur, tunc autem illam tenetur reddere, quando vſus, & tempus ad vtendum re commodata præfi-
2. xum, finitum erit, aliàs non, vt probat textus in l. in commodato. §. ſicut. ff. eo. immò vſu etiam non finito, ſi modo lapſum fuerit tempus, quo potuit commodatarius vſum perficere, licet caſu, ſine culpa commodatarij contigerit, vſum perfici non potuiſſe; veluti ſi infirmitas corporis, aut temporis calamitas non patiebatur eum vti re commodata, adhuc tenebitur rem reſtituere, vt not. Bart. in dict. §. ſicut nu. 6. Ratio ſecundùm eum hæc eſt; quia caſus eſt infirmitatis, & calamitatis temporis non debet nocere commodanti, qui certat de damno vitando, nempè de re commodata recuperanda, & prodeſſe commodanti, qui certat
3. de lucro captando. Quòd ſi res ad pignorandum fuerit commodata, tunc tenebitur eam reddere, cùm ſatisfecit debitori l. 3. C. eo. Secundò tenetur commo-

datarius non ſolum ad rem ipſam reſtituendam, ſed etiam ad intereſſe deteriorationis, ſi res reddatur deterior: quia in actionibus bonæ fidei non dicitur res
4. reddita, quæ deterior facta redditur l. 3. §. ſi reddita ff.eo. ideò prima actio durat, per quam iterum poterit commodans rem petere, vt conſequatur intereſſe deteriorationis ſm̃ Bart.in d. §.ſi reddita, in fi.Declaratur hoc eſſe verum, vt ait Caſtren.in d.§.ſi reddita,quando commodans ignorabat deteriorationem, vt quia erat latens, quòd ſi ſciens abſq; proteſtatione de conſequendo intereſſe deteriorationis accipiat rem deteriorem, tunc videtur remittere omne intereſſe deteriorationis l. fi. in fi. ff. de eo, quod certo loco. Ratio eſt, quia non tenebatur eam recipere abſq; dicto intereſſe. l. qui ſibi §. 1. ff. de ſolu, & liber. & refert Iaſ. in l. 2.§. mutui datio. in fi. ff. ſi cert. pet. dum vult, quòd inuitus poſsit cogi commodans,ad rem commodatam recipiendam, oblato ſibi intereſſe deteriorationis.lim.prædicta non procedere, quando ex vſu, ſine culpa commodatarij fuiſſet res deteriorata; quia tunc non tenetur ad intereſſe deteriorationis l. eum qui & l. fi. ff.eo. vbi dicitur quòd ſi commodauero tibi equum,quo vtereris vſq; ad certum locum, ſi nulla culpa tua interueniente in ipſo itinere deterior equus factus ſit,non teneris commodati: Nam ego in culpa ero, qui in tam longum iter equum commodarim, qui eum laborem
5. ſuſtinere non poſsit. Tertiò,& vltimò tenetur commodatarius directa actione commodati præſtare æſtimationem rei commodatæ, ſi eius dolo, aut culpa etiam leuiſsima perijt, dum tamen commodatum fuerit celebratum gratia commodatarij tantùm, & rogatus quis commodarit, vt probat textus in l. in rebus,in princ. ff. eo.ibi diligentiſsimus paterfamilias,quæ verba leuiſsimam culpam important, vt ſupra in §. fi. tit. preced. habuimus,iunctis etiã verbis ſubſequentibus,
6. hoc ita ſi dumtaxat accipientis gratia &c. Ideò cautus ſit commodans ponere in libello, quòd rogatus commodauit accipientis gratia, & in hoc differt commoda-

tum

tum à precario, in quo pręſtatur ſolus dolus, & culpa lata l. quæſitum §. eum quoq; & §. ſi ſeruitute ff. de precar. & l. contractus de reg. iur. vbi Dec. nu. 9. Ratio eſt, quam adducit ibi textus in dict. §. eum quoq; quia totum hoc ex liberalitate concedentis prouenit, & ad eius libitum poteſt reuocari. Sed pro per-
7. fecta intelligentia iſtius quæſtionis, AD QVEM SPECTET REI PERICVLVM. in contractu commodati; diſtinguendum eſt hunc in modum, poſt gloſ. hic in Ver. exactam., & textum in l. ſi vt certo. §. nunc videndum. & l. interdum ff. eo. & gloſ. in c. vnic. ex. com. Aut commodatum, ſiue alius contractus, fit gratia commodantis tantùm, veluti ſi ſponſus ſponſæ accommodat ornamenta ad hoc, vt comptior, ſiue ornatior ad ſe veniat, tunc ſolus dolus pręſtatur d. l. ſi vt certo §. interdum. Aut fit gratia vtriuſq; dantis ſcilicet, & recipientis, vt in pignore, quod pręſtatur, vt creditori magis ſit cautum, & vt à creditore pecuniam debitor conſequatur. Idem etiam poteſt contingere in commodato, vt ſi commodaui tibi vaſa argentea ad menſam ſtruendam neceſſaria, vt communes amici, inuitarentur ad cænam; tunc præſtatur dolus, lata, & leuis culpa l. in rebus §. hoc ita ff. eo. vbi gloſ. verſ. æſtimatio. Aut fit gratia commodatarij tantùm, prout regulariter contingit, iuxta textum in d. l. ſi vt certo §. commodatum autem, & tunc pręſtatur non ſolùm dolus, ſed & culpa lata, leuis, & leuiſsima. d. l. in rebus. ibi diligentiſsimus paterfamilias &c. iuncto verſ. hoc ita. Qualiter verò cognoſcatur, cuius gratia fuerit celebratus contractus, inſpicitur primum propoſitum contrahentium ſecundum Bal. in l. rogaſti in princ. ff. ſi cert. pet. DD. in l. ſi quis nec cauſſam eo. tit.
8. Quòd ſi caſu fortuito res commodata perierit, tunc perit commodanti d. l. in rebus; quia periculum caſus fortuiti ſpectat ad dominum l. pignus iuncta ibi gloſ. C. de pignor. act., ſed commodans eſt dominus rei commodatæ: nam non ita res datur, vt eius fiat, vt hic; ergo ad commodantem ſpectabit caſus fortuiti pericu-

9. lum. Fallit tamen in quatuor caſibus, de quibus hic per Myſing. in fi. Primus eſt, ſi ſic conuenerint inter ſe contrahentes, quòd periculum caſus fortuiti ad commodatarium pertineat d. l. ſi vt certo §. interdum: quia contractus ex conuentione partium, legem accipiunt l. 1. §. ſi conuenerit ff. depoſiti. Secundus, ſi commodatarius interpellatus ad reſtituendum vſu finito, non reſtituat tunc propter moram tenetur de caſu fortuito c. vnico ex. eo. licet eodem modo res fuiſſet apud commodantem peritura. ratio eſt, quia apud dominum fortè non periſſet, vt quia diſtraxiſſet ante caſum fortuitum, ideò tibi imputatur, ſi fuiſti in mora, vt not. Abb. in c. vnico nu. 20. poſt. gloſ. ibi in fi. ex. eo. Tertius, ſi res commodata detur æſtimata, & commodatarius æſtimationem ſe præſtaturum receperit l. ſi vt certo §. nunc videndum verſ. & ſi fortè ff. eo. vbi Bart. not. illum tex. ad hoc, quòd ſi de natura contractus veniebat culpa lata, leuis, & leuiſsima, tunc æſtimatio facit teneri de caſu: ſed quando veniebat ſolus dolus, & culpa leuis tunc æſtimatio facit teneri de leuiſsima: per tex. in l. cum duobus §. damna ff. pro ſocio l. 1. de æſtima. actio. ad hoc, vt æſtimatio aliquid operetur, argum. l. ſi quando de legat. primo. Quartus, & vltimus caſus in quo præſtatur caſus fortuitus, eſt quando licet res commodata caſu fortuito perierit, tamen aliqua culpa caſum præceſsit vt hic, Alioqui (dicit textus) ſi id quod tibi commodatum eſt domi, peregrè tecum ferre malueris, & id in curſu hoſtium, prædonumuè, vel naufragio amiſeris, dubium non eſt, quin de reſtituenda ea re tenearis. Idem eſt ſi commodatarius remiſit rem commodatam; per minus idoneam perſonã l. eum qui §. fi. cum l. ſeq. ff. eo. Idem pariter ſi in loco ædium minus tuto rem commodatam repoſuerit, & caſu perierit rebus proprijs bene incluſis. quoties igitur culpa præceſsit caſum, tenetur commodatarius, aliàs ſi nulla ſibi poſſet culpa imputari, tunc res perit periculo domini l. argentum ff. eo. Hinc obiter not. ex textu noſtro iuncta gloſ. verſ. naufragio quatuor ca-

ſus fortuitos, incendium, ruina, naufragium, hoſtium, ſiue latronum incurſus, aut impetus; concordat textus in l. in rebus ff. eo. vnde fuit deſumptus textus noſter. Eſt autem caſus fortuitus inopinatus rei euentus, quem nulla hominum prouidentia præuidere poteſt, aut ſi præuideatur nequit euitari, aut ei reſiſti non poteſt l. 2. §. ſi eo tempore ff. de adm. rer. ad ciu. pertin. & l. quæ fortuitis vbi DD. C. de pignor. actio. vbi ergo diligentiſsimus præuidiſſet, non eſt caſus fortuitus c. Ioannes ex. de homicid. Hunc quandoq; lex appellat maiorem caſum l. 1. §. is quoq; ff. de actio. & oblig. quãdoq; maiorem vim l. ſi merces §. vis maior. ff. locati. Redeundo nunc ad exempla caſus fortuiti, de incendio ſolùm dubitatur, Aret. & DD. hic, quia incendium re-
10. gulariter non eſt caſus fortuitus: quia vt plurimum culpa inhabitantium cauſſari ſolet l. 3. §. 1. vbi Bart. ff. de offic. pręfec. vigil. l. ſi vendito ff. de peric. & com. rei vend. l. pen. ff. de incend. rui. naufr. ibi ſi fortuito incendium factum ſit; quaſi quod regulariter non fiat caſu, quare cùm in dubio præſumatur culpa inhabitanti-
11. um cauſſatum; ſequitur, quòd probato incendio, fundata ſit intentio aduerſus inhabitantes, quòd ſcilicet eorum culpa, exortum fuerit: ideò eorum erit excipere, quod caſu fortuito cauſſatum fuerit: vt quia ignis ab aliquo in domũ cõmodatarij immiſſus fuerit, vel quia vicini ædes fuerunt cõbuſtæ, & violentia venti ignẽ trãſtulit l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornacarius ff. ad l. aquil. vel ictu fulguris incendium ortum ſit: quia his in caſibus incendium erit caſus fortuitus, alias regulariter in dubio nõ eſt caſus fortuitus l. pen. ff. de incend. rui. naufr., & de his latius per DD. in d. l. 3. & l. quæ fortuitis., & Iaſ. in l. domus, de legat. prim., & in §. ſed iſtæ, Infra de Action.

Commodans verò, & ipſe tenetur verſus commodatarium
12. contraria commodati actione ad quatuor. Primò, vt patiatur commodatarium vti re commodata in eum vſum, in quem fuit commodata, ne intempeſtiuè reuocetur commodatum vſu non finito; Nam ſicut ab initio

liberum ei fuit commodare, ita poſtquàm commodauit intempeſtiuè auferre vſum rei commodatæ non licet l. in commodato .§. ſicut .ff. eo. quia contractus licet à principio ſint voluntatis: tamen ex poſt facto ſunt neceſsitatis l. ſicut C. de actio: & oblig. Secundo tenetur ad magnas impenſas in re commodata factas, paruas verò expenſas commodatarius non repetit, textus eſt in l. in rebus .§. poſſunt .ff. eo. vbi dicit I. C. quòd ſi expenſæ valetudinis ſerui, & alimentorum, magnæ ſint, repetuntur, alias non: quia modica impenſa naturali ratione ad eum pertinet, qui vtendum accepit, & hoc adeò procedit, vt poſsit commodatarius rem commodatam retinere, donec pró expenſis in re commodata factis ſibi commodans ſatisfaciat d. l. in commodato §. fi. vbi Caſtr. & l. fi. vbi gloſ. & Bal. ad plura infert C. eo. Tertio tenetur commodans de vitio rei commodatæ, ſi tamen ſciebat eſſe vitioſam, & inde damnum paſſus ſit commodatarius .d. l. in rebus .§. item qui. vbi exemplificat I. C. in eo, qui vaſa vitioſa commodauit ſcienter & vinum infuſum corruptum, vel effuſum ſit, tunc commodans tenetur contrario commodati iudicio ad intereſſe; quia beneficio decipi nos non oportet, ſed iuuari .l. in commodato .§. ſicut .ff. eo. Quarto & vltimo competit, quandoq; hæc actio aduerſus commodantem, vt reddat rem in ſuam poteſtatem reuerſam, vel æſtimationẽ receptã, vt habetur in d. l. in cõmodato §. fi. Rem commodatam (inquit ibi I. C.) perdidi, & pro ea pretium dedi; deinde res in poteſtatem tuam venit, Labeo ait contrario iudicio, aut rem mihi præſtare debere, aut quod à me accepiſti, reddere. & hæc de commodato. Sequitur nunc videndum.

DE

DE DEPOSITO, EX §. Præterea.

SEquitur nunc quartus contractus, qui re celebratur, depoſitum ſcilicet, ad cuius intelligentiam erit nobis videndum de duobus. Primò quid eſt depoſitũ, & vnde dicatur. Secundò quotuplex ſit, & quæ ſint ſingulæ eius ſpecies.

QVID EST DEPOSITVM, ET vnde dicatur.

1. Omne depoſitum datur ad cuſtodiam, ſed non ſimpliciter omne depoſitum fit cauſſa cuſtodiæ.
2. In commodato res non datur cuſtodienda, ſed ad vſum.
3. Qui deponit, rei depoſitæ dominium non transfert in depoſitarium.
4. Depoſitum non eſt, niſi quis abdicet à ſe ex toto cuſtodiam rei depoſitæ.

DEpoſitum eſt, quod alicui cuſtodiendum datum eſt, vt diffinit I. C. in l. 1. ff. depoſ. Dixi cuſtodiendum:
1. quia omne depoſitum fit ad cuſtodiam, licet non ſim-
2. pliciter cuſtodiæ tantùm cauſſa fiat, vt infra in proceſſu materiæ declarabo ad hoc, vt excluderem commodatum, in quo res non datur cuſtodienda, ſed ad vſum, immò ſi depoſitarius re depoſita vteretur, furtum committeret §. furtum autem, infra de oblig. quæ ex delic.. Verbum Datum exponitur per gloſ. in d. l. 1. ideſt traditum, ſiquidem, qui deponit dominium rei depoſitæ
3. non transfert in depoſitarium l. licet §. rei ff. eo. Dictũ autem eſt depoſitum à de, & poſitum: quia præpoſitio de, auget dictionem poſitum, vt oſtendat totum fidei eius commiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet d. l.
4. 1. in princ.: Nam qui deponit, abdicat à ſe ex toto cuſtodiam,

ſtodiam, & illam in depoſitarium transfert. Vnde ſi ſcholaris ponat librum in camera alterius ſcholaris ipſo licet ſciente,& patiente, nõ eſt depoſitum. ideo non tenetur de cuſtodia:quia illam à ſe non abdicauit, vt not. Caſtr. in d. l. 1. in princ.

QVOTVPLEX SIT depoſitum.

TRes ſunt præcipuè depoſiti ſpecies, quarũ prior, tunc contrahitur, quando creditore recuſante accipere pecuniam ſibi debitam, debitor ad euitandum curſum vſurarum, obtinendam debiti plenam liberationem, & ad alios effectus cõſequẽdos,de quibus infra dicemus, auctoritate iudicis competentis in locum publicum illam deponit, conſignat, & admonet creditorẽ, vt illam recipiat,& hæc dicitur OBLATIO REALIS DEBITI FACTA CVM OBSIGNATIONE, ET DEPOSITIONE, de qua in l. acceptam vbi gloſ. & DD. C. de vſuris l. obſignatione C. de ſolutio:, Secunda ſpecies depoſiti dicitur SEQVESTRVM, ſiue depoſitum ſequeſtrarium, quod tunc fit quando res aliqua litigioſa ſub hac cõditione tradit̃ ſequeſtro, vt eam retineat donec ex cauſſæ cognitione conſtet, cui debeatur, de quo in l. proprie ff. eo. Tertia, & vltima ſpecies depoſiti dicitur DEPOSITVM SIMPLEX, quod cuſtodiæ tantùm cauſſa fit apud amicum, de quo hic in tex. noſtro. Videamus nunc, quæ ſint ſingulæ eius ſpecies, & primò.

DE REALI OBLATIONE DEBITI facta, cum obſignatione,& depoſitione.

1. Non niſi cognitis vniuerſalibus,ad ſpecialium cognitionem deueniri poteſt.
2. Oblationis prima diuiſio.
3. Verbalis oblatio,qualiter contrahatur.
4. Quibus verbis ſit facienda verbalis oblatio.

5. Verba generalia, quòd non ſint obligatoria, ſed ſeruiant de vento, niſi proferantur cum relatione ad aliquod ſpeciale.
6. Effectus verbalis oblationis.
7. Lex non arctat quem ad impoſsibile, & iniquum.
8. Realis oblatio qualiter fiat.
9. Tres ſpecies realis oblationis.
10. Extra iudicium, qualiter fiat realis oblatio, & eius requiſita, & nu. 11. cum ſeq.
12. Reſoluitur omnis oblatio, quando creditor offert ſe paratum recipere.
13. Effectus oblationis realis extraiudicialis.
14. Qualiter in iudicio fiat realis oblatio.
15. Requiſita iudicialis oblationis, & eius effectus.
16. Qualiter fiat oblatio, cum obſignatione, & depoſitione.
17. Requiſita iſtius oblationis, cum obſignatione, & depoſitione factæ.
18. Effectus oblationis præcedentis.
19. Ratio, quare oblatio non ſortiatur effectum veræ ſolutionis, niſi fiat cum obſignatione, & depoſitione pulchrè diſcutitur.
20. Quòd oblatio quantitatis ſapiat potius naturam mutui, quàm depoſiti, ſi ſine obſignatione fiat.
21. Intellectus ad tex. in §. furtum autē, Infra de oblig. quæ ex delic.
22. Oblatio, cum obſignatione, & depoſitione quòd faciat tranſire periculum caſus fortuiti in creditorem.

QVia non niſi cognitis vniuerſalibus, ad ſpecialium cognitione deueniri poteſt, ideò pro perfecta
1. intelligentia iſtius oblationis, quæ cum obſignatione, & depoſitione fit operęprecium erit aliqua primùm in genere de oblatione præmittere. Sciendum igitur eſt vobis, quòd oblatio tunc contrahitur, quando debitor offert creditori id, quod debet.
2. Duplex autem eſt oblatio: VERBALIS ſcilicet & Realis

habenti nomen primitiuum, ideſt commodanti, contraria verò habenti nomen deriuatiuum, ideſt commodatario. Idem pariter in mandante, & mandatario, deponente, & depoſitario. limitatur procedere hæc actionum diſtinctio, quando obligatio eſt reciproca, vt in caſu commodati, in quo vterq; contrahentium obligatur, vt in ſeq. q. dicemus. vnde in contractibus, qui non ſunt vltro citroq; obligatorij, vt eſt donatio, & ſimiles, licet cadat nominum variatio, quia alter donans, alter donatarius, & ab vtraq; parte dicatur donatio, nõ tamen cadit actio contraria, ſecundum Aret., & alios in d. l. curatoris nu. 4. Secundò contingit variatio, non quia nomen deſcendat à nomine, ſed cuiq; aſsignatur ſuum nomen, vt in contractu pignoris, alter contrahentium dicitur creditor, alter debitor. Idem in quaſi contractu tutelæ, alter tutor, alter pupillus, In quaſi contractu negotiorum geſtorum, alter dominus, alter negotiorum geſtor appellatur, non tamen variatur contractus, tunc directa datur creditori, domino, vel pupillo, ad quos res pertinet, contraria verò debitori, negotiorum geſtori, vel tutori. & hæc de actione commodati. Ex precario verò non hæc actio, ſed interdictum de precario competit l. interdictum .ff. de precario.

AD QVID TENEATVR TAM COMMOdans, quàm commodatarius, ſiue ad quid detur prædicta actio commodati, tàm directa quàm contraria.

1. Commodatarius tenetur ad ipſam rem reſtituendam tunc, cùm vſus finitus erit, & lapſum tempus præfixum ad vtendum re commodata.
2. Licet vſus non ſit finitus, ſi tamen lapſum fuerit tempus, adhuc poterit commodatum repeti.
3. Si res ad pignorandum eſt commodata, tunc tenebitur commodatarius eam reddere cùm fuerit ſatiſfactum creditori.

4. In actione commodati, & alijs, quæ ſunt bonæ fidei, nō dicitur res reddita, quæ deterior redditur. ideò prima actio durat, niſi deterioratio procedat ex vſu rei ſine culpa commodatarij.

5. Commodatarius quando ad æſtimationem rei peremptæ teneatur.

6. In precario prǽſtatur dolus, & culpa tantum lata.

7. Ad quem ſpectet rei periculum in contractu commodati.latè diſtinguitur.

8. Periculum caſus fortuiti ſpectat ad dominum.

9. Commodatarius in quatuor tantum caſibus tenetur de caſu fortuito.

10. Incendium regulariter non eſſe caſum fortuitum: ideò probato incendio, probata eſt intentio aduerſus inhabitantes,& nu. 11.

11. Commodans tenetur commodatario ad quatuor, quæ ſucceſsiuè recitantur.

COmmodatarius hac actione cōmodati directa ad tria tenetur; Et primò ad rem commodatam, in ſpecie reſtituendam, vt hic in textu,ibi, de ea ipſa re reſtituenda tenetur, tunc autem illam tenetur reddere,quando vſus, & tempus ad vtendum re commodata præfi-
2. xum, finitum erit, aliàs non, vt probat textus in l. in commodato .§. ſicut .ff. eo. immò vſu etiam non finito, ſi modo lapſum fuerit tempus, quo potuit commodatarius vſum perficere, licet caſu, ſine culpa commodatarij contigerit, vſum perfici non potuiſſe; veluti ſi infirmitas corporis, aut temporis calamitas non patiebatur eum vti re commodata, adhuc tenebitur rem reſtituere, vt not. Bart. in dict. §. ſicut nu. 6. Ratio ſecundum eum hæc eſt; quia caſus eſt infirmitatis, & calamitatis temporis non debet nocere commodanti, qui certat de damno vitando, nempè de re commodata recuperanda, & prodeſſe commodanti, qui certat
3. de lucro captando. Quòd ſi res ad pignorandum fuerit commodata, tunc tenebitur eam reddere,cùm ſatisfecit debitori l. 3. C. eo. Secundò tenetur commodatarius

datarius non ſolum ad rem ipſam reſtituendam, ſed etiam ad intereſſe deteriorationis, ſi res reddatur deterior: quia in actionibus bonæ fidei non dicitur res
4. reddita, quæ deterior facta redditur l. 3. §. ſi reddita ff.eo. ideò prima actio durat, per quam iterum poterit commodans rem petere, vt conſequatur intereſſe deteriorationis sm̄ Bart.in d. §.ſi reddita, in fi.Declaratur hoc eſſe verum, vt ait Caſtren.in d.§.ſi reddita,quando commodans ignorabat deteriorationem, vt quia erat latens, quòd ſi ſciens abſq; proteſtatione de conſequendo intereſſe deteriorationis accipiat rem deteriorem, tunc videtur remittere omne intereſſe deteriorationis l. fi. in fi. ff. de eo, quod certo loco. Ratio eſt, quia non tenebatur eam recipere abſq; dicto intereſſe. l. qui ſibi §. 1. ff. de ſolu, & liber. & refert Iaſ. in l. 2.§. mutui datio. in fi. ff. ſi cert. pet. dum vult, quòd inuitus poſsit cogi commodans,ad rem commodatam recipiendam, oblato ſibi intereſſe deteriorationis.lim.prædicta non procedere, quando ex vſu, ſine culpa commodatarij fuiſſet res deteriorata; quia tunc non tenetur ad intereſſe deteriorationis l. eum qui & l. fi. ff.eo. vbi dicitur quòd ſi commodauero tibi equum,quo vtereris vſq; ad certum locum, ſi nulla culpa tua interueniente in ipſo itinere deterior equus factus ſit,non teneris commodati: Nam ego in culpa ero, qui in tam longum iter equum commodarim, qui eum laborem
5. ſuſtinere non poſsit. Tertiò,& vltimò tenetur commodatarius directa actione commodati præſtare æſtimationem rei commodatæ, ſi eius dolo, aut culpa etiam leuiſsima perijt, dum tamen commodatum fuerit celebratum gratia commodatarij tantùm, & rogatus quis commodarit, vt probat textus in l. in rebus,in princ. ff. eo.ibi diligentiſsimus paterfamilias,quæ verba leuiſsimam culpam important, vt ſupra in §. fi. tit. pręced. habuimus,iunctis etiā verbis ſubſequentibus,
6. hoc ita ſi dumtaxat accipientis gratia &c. Ideò cautus ſit commodans ponere in libello, quòd rogatus commodauit accipientis gratia, & in hoc differt commoda-

 tum

tum à precario, in quo pręſtatur ſolus dolus, & culpa lata l. quæſitum §. eum quoq; & §. ſi ſeruitute ff. de precari & l. contractus de reg. iur. vbi Dec. nu. 9. Ratio eſt, quam adducit ibi textus in dict. §. eum quoq; quia totum hoc ex liberalitate concedentis prouenit, & ad eius libitum poteſt reuocari. Sed pro per-
7. fecta intelligentia iſtius quæſtionis, AD QVEM SPECTET REI PERICVLVM. in contractu commodati; diſtinguendum eſt hunc in modum, poſt gloſ. hic in Ver. exactam, & textum in l. ſi vt certo. §. nunc videndum. & l. interdum ff. co. & gloſ. in c. vnic. ex. com. Aut commodatum, ſiue alius contractus, fit gratia commodantis tantùm, veluti ſi ſponſus ſponſæ accommodat ornamenta ad hoc, vt comptior, ſiue ornatior ad ſe veniat, tunc ſolus dolus pręſtatur d. l. ſi vt certo §. interdum. Aut fit gratia vtriuſq; dantis ſcilicet, & recipientis, vt in pignore, quod pręſtatur, vt creditori magis ſit cautum, & vt à creditore pecuniam debitor conſequatur. Idem etiam poteſt contingere in commodato, vt ſi commodaui tibi vaſa argentea ad menſam ſtruendam neceſſaria, vt communes amici, inuitarentur ad cænam; tunc præſtatur dolus, lata, & leuis culpa l. in rebus §. hoc ita ff. eo. vbi gloſ. verſ. æſtimatio. Aut fit gratia commodatarij tantùm, prout regulariter contingit, iuxta textum in d. l. ſi vt certo §. commodatum autem, & tunc pręſtatur non ſolùm dolus, ſed & culpa lata, leuis, & leuiſsima. d. l. in rebus. ibi diligentiſsimus paterfamilias &c. iuncto verſ. hoc ita. Qualiter verò cognoſcatur, cuius gratia fuerit celebratus contractus, inſpicitur primum propoſitum contrahentium ſecundum Bal. in l. rogaſti in princ. ff. ſi cert. pet. DD. in l. ſi quis nec cauſſam eo. tit.
8. Quòd ſi caſu fortuito res commodata perierit, tunc perit commodanti d. l. in rebus: quia periculum caſus fortuiti ſpectat ad dominum l. pignus iuncta ibi gloſ. C. de pignor. act., ſed commodans eſt dominus rei commodatæ: nam non ita res datur, vt eius fiat, vt hic; ergo ad commodantem ſpectabit caſus fortuiti pericu-

9\. lum. Fallit tamen in quatuor caſibus, de quibus hic per Myſing. in fi. Primus eſt, ſi ſic conuenerint inter ſe contrahentes, quòd periculum caſus fortuiti ad commodatarium pertineat d. l. ſi vt certo §. interdum: quia contractus ex conuentione partium, legem accipiunt l. 1. §. ſi conuenerit ff. depoſiti. Secundus, ſi commodatarius interpellatus ad reſtituendum vſu finito, non reſtituat tunc propter moram tenetur de caſu fortuito c. vnico ex. eo. licet eodem modo res fuiſſet apud commodantem peritura. ratio eſt, quia apud dominum fortè non perijſſet, vt quia diſtraxiſſet ante caſum fortuitum, ideò tibi imputatur, ſi fuiſti in mora, vt not. Abb. in c. vnico nu. 20. poſt. gloſ. ibi in fi. ex. eo. Tertius, ſi res commodata detur æſtimata, & commodatarius æſtimationem ſe præſtaturum receperit l. ſi vt certo §. nunc videndum verſ. & ſi fortè ff. eo. vbi Bart. not. illum tex. ad hoc, quòd ſi de natura contractus veniebat culpa lata, leuis, & leuiſsima, tunc æſtimatio facit teneri de caſu: ſed quando veniebat ſolus dolus, & culpa leuis tunc æſtimatio facit teneri de leuiſsima: per tex. in l. cum duobus §. damna ff. pro ſocio l. 1. de æſtima. actio. ad hoc, vt æſtimatio aliquid operetur, argum. l. ſi quando de legat. primo. Quartus, & vltimus caſus, in quo præſtatur caſus fortuitus, eſt quando licet res commodata caſu fortuito perierit, tamen aliqua culpa caſum præceſsit vt hic, Alioqui (dicit textus) ſi id quod tibi commodatum eſt domi, peregrè tecum ferre malueris, & id in curſu hoſtium, prædonumuè, vel naufragio amiſeris, dubium non eſt, quin de reſtituenda ea re tenearis. Idem eſt ſi commodatarius remiſit rem commodatam; per minus idoneam perſonã l. eum qui §. fi. cum l. ſeq. ff. eo. Idem pariter ſi in loco ædium minus tuto rem commodatam repoſuerit, & caſu perierit rebus proprijs bene incluſis. quoties igitur culpa præceſsit caſum, tenetur commodatarius, aliàs ſi nulla ſibi poſſet culpa imputari, tunc res perit periculo domini l. argentum ff. eo. Hinc obiter not. ex textu noſtro iuncta gloſ. verſ. naufragio quatuor ca-

ſus fortuitos, incendium, ruina, naufragium, hoſtium, ſiue latronum incurſus, aut impetus; concordat textus in l. in rebus ff. eo. vnde fuit deſumptus textus noſter. Eſt autem caſus fortuitus inopinatus rei euentus, quem nulla hominum prouidentia præuidere poteſt, aut ſi præuideatur nequit euitari, aut ei reſiſti non poteſt l. 2. §. ſi eo tempore ff. de adm. rer. ad ciu. pertin. & l. quæ fortuitis vbi DD. C. de pignor. actio. vbi ergo diligentiſsimus præuidiſſet, non eſt caſus fortuitus c. Ioannes ex. de homicid. Hunc quandoq; lex appellat maiorem caſum l. 1. §. is quoq; ff. de actio. & oblig. quãdoq; maiorem vim l. ſi merces §. vis maior. ff. locati. Redeundo nunc ad exempla caſus fortuiti, de incendio ſolùm dubitatur, Aret. & DD. hic, quia incendium re-
10. gulariter non eſt caſus fortuitus: quia vt plurimum culpa inhabitantium cauſſari ſolet l. 3. §. 1. vbi Bart. ff. de offic. pręfec. vigil. l. ſi vendito. ff. de peric. & com. rei vend. l. pen. ff. de incend. rui. naufr. ibi ſi fortuito incendium factum ſit; quaſi quod regulariter non fiat caſu, quare cùm in dubio præſumatur culpa inhabitanti-
11. um cauſſatum; ſequitur, quòd probato incendio, fundata ſit intentio aduerſus inhabitantes, quòd ſcilicet eorum culpa, exortum fuerit: ideò eorum erit excipere, quod caſu fortuito cauſſatum fuerit: vt quia ignis ab aliquo iu domũ cõmodatarij immiſſus fuerit, vel quia vicini ædes fuerunt cõbuſtæ, & violentia venti ignẽ trãſtulit l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornacarius ff. ad l. aquil. vel ictu fulguris incendium ortum ſit: quia his in caſibus incendium erit caſus fortuitus, aliàs regulariter in dubio nõ eſt caſus fortuitus l. pen. ff. de incend. rui. naufr., & de his latius per DD. in d. l. 3. & l. quæ fortuitis., & Iaſ. in l. domus, de legat. prim., & in §. ſed iſtæ, Infra de Action.

Commodans verò, & ipſe tenetur verſus commodatarium
12. contraria commodati actione ad quatuor. Primò, vt patiatur commodatarium vti re commodata in eum vſum, in quem fuit commodata, ne intempeſtiuè reuocetur commodatum vſu non finito; Nam ſicut ab initio

liberum ei fuit commodare, ita poſtquàm commodauir intempeſtiuè auferre vſum rei commodatæ non licet l. in commodato. §. ſicut. ff. eo. quia contractus licet à principio ſint voluntatis: tamen ex poſt facto ſunt neceſsitatis l. ſicut C. de actio: & oblig. Secundo tenetur ad magnas impenſas in re commodata factas; paruas verò expenſas commódatarius non repetit, textus eſt in l. in rebus §. poſſunt. ff. eo. vbi dicit I. C. quòd ſi expenſæ valetudinis ſerui, & alimentorum, magnæ ſint, repetuntur, alias non: quia modica impenſa naturali ratione ad eum pertinet, qui vtendum accepit, & hoc adeò procedit, vt poſsit commodatarius rem commodatam retinere, donec pró expenſis in re cómmodata factis ſibi commodans ſatisfaciat d. l. in commodato §. fi. vbi Caſtr. & l. fi. vbi gloſ. & Bal. ad plura infert C. eo. Tertio tenetur commodans de vitio rei commodatæ, ſi tamen ſciebat eſſe vitioſam, & inde damnum paſſus ſit commodatarius. d. l. in rebus. §. item qui. vbi exemplificat I. C. in eo, qui vaſa vitioſa commodauit ſcienter & vinum infuſum corruptum, vel effuſum ſit, tunc commodans tenetur contrario commodati iudicio ad intereſſe; quia beneficio decipi nos non oportet, ſed iuuari. l. in commodato. §. ſicut. ff. eo. Quarto & vltimo competit, quandoq; hæc actio aduerſus commodantem, vt reddat rem in ſuam poteſtatem reuerſam, vel æſtimationē receptā, vt habetur in d. l. in cōmodato §. fi. Rem commodatam (inquit ibi I. C.) perdidi, & pro ea pretium dedi; deinde res in poteſtatem tuam venit, Labeo ait contrario iudicio, aut rem mihi præſtare debere, aut quod à me accepiſti, reddere. & hæc de commodato. Sequitur nunc videndum.

DE

DE DEPOSITO, EX §. Præterea.

SEquitur nunc quartus contractus, qui re celebratur, depoſitum ſcilicet, ad cuius intelligentiam erit nobis videndum de duobus. Primò quid eſt depoſitũ, & vnde dicatur. Secundò quotuplex ſit, & quæ ſint ſingulæ eius ſpecies.

QVID EST DEPOSITVM, ET vnde dicatur.

1. Omne depoſitum datur ad cuſtodiam, ſed non ſimpliciter omne depoſitum fit cauſſa cuſtodiæ.
2. In cõmmodato res non datur cuſtodienda, ſed ad vſum.
3. Qui deponit, rei depoſitæ dominium non transfert in depoſitarium.
4. Depoſitum non eſt, niſi quis abdicet à ſe ex toto cuſtodiam rei depoſitæ.

DEpoſitum eſt, quod alicui cuſtodiendum datum eſt, vt diffinit I. C. in l. 1. ff. depoſ. Dixi cuſtodiendum:
1. quia omne depoſitum fit ad cuſtodiam, licet non ſim-
2. pliciter cuſtodiæ tantùm cauſſa fiat, vt infra in proceſſu materiæ declarabo ad hoc, vt excluderem commodatum, in quo res non datur cuſtodienda, ſed ad vſum, immò ſi depoſitarius re depoſita vteretur, furtum committeret §. furtum autem, infra de oblig. quæ ex delic. Verbum Datum exponitur per gloſ. in d. l. 1. ideſt traditum, ſiquidem, qui deponit dominium rei depoſitæ
3. non transfert in depoſitarium l. licet §. rei ff. eo. Dictũ autem eſt depoſitum à de, & poſitum: quia præpoſitio de, auget dictionem poſitum, vt oſtendat totum fidei eius commiſſum, quod ad cuſtodiam rei pertinet d. l.
4. 1. in princ.: Nam qui deponit, abdicat à ſe ex toto cuſtodiam,

ſtodiam, & illam in depoſitarium transfert. Vnde ſi ſcholaris ponat librum in camera alterius ſcholaris ipſo licet ſciente,& patiente, nō eſt depoſitum. ideo non tenetur de cuſtodia:quia illam à ſe non abdicauit, vt not. Caſtr. in d. l. 1. in princ.

QVOTVPLEX SIT depoſitum.

TRes ſunt præcipuè depoſiti ſpecies, quarū prior, tunc contrahitur, quando creditore recuſante accipere pecuniam ſibi debitam, debitor ad euitandum curſum vſurarum, obtinendam debiti plenam liberationem, & ad alios effectus cōſequēdos,de quibus infra dicemus, auctoritate iudicis competentis in locum publicum illam deponit, conſignat, & admonet creditorē, vt illam recipiat,& hæc dicitur OBLATIO REALIS DEBITI FACTA CVM OBSIGNATIONE, ET DEPOSITIONE, de qua in l. acceptam vbi gloſ. & DD. C. de vſuris l. obſignatione C. de ſolutio:, Secunda ſpecies depoſiti dicitur SEQVESTRVM, ſiue depoſitum ſequeſtrarium, quod tunc fit quando res aliqua litigioſa ſub hac cōditione tradiē ſequeſtro, vt eam retineat donec ex cauſſæ cognitione conſtet,cui debeatur, de quo in l. propriē ff. eo. Tertia, & vltima ſpecies depoſiti dicitur DEPOSITVM SIMPLEX, quod cuſtodiæ tantùm cauſſa fit apud amicum, de quo hic in tex. noſtro. Videamus nunc, quæ ſint ſingulæ eius ſpecies, & primò,

DE REALI OBLATIONE DEBITI facta, cum obſignatione,& depoſitione.

1. Non niſi cognitis vniuerſalibus,ad ſpecialium cognitionem deueniri poteſt.
2. Oblationis prima diuiſio.
3. Verbalis oblatio,qualiter contrahatur.
4. Quibus verbis ſit facienda verbalis oblatio.

5. Verba

5. Verba generalia, quòd non ſint obligatoria, ſed ſeruiant de vento, niſi proferantur cum relatione ad aliquod ſpeciale.
6. Effectus verbalis oblationis.
7. Lex non arctat quem ad impoſsibile, & iniquum.
8. Realis oblatio qualiter fiat.
9. Tres ſpecies realis oblationis.
10. Extra iudicium, qualiter fiat realis oblatio, & eius requiſita, & nu. 11. cum ſeq.
12. Reſoluitur omnis oblatio, quando creditor offert ſe paratum recipere.
13. Effectus oblationis realis extraiudicialis.
14. Qualiter in iudicio fiat realis oblatio.
15. Requiſita iudicialis oblationis, & eius effectus.
16. Qualiter fiat oblatio, cum obſignatione, & depoſitione.
17. Requiſita iſtius oblationis, cum obſignatione, & depoſitione factæ.
18. Effectus oblationis præcedentis.
19. Ratio, quare oblatio non ſortiatur effectum veræ ſolutionis, niſi fiat cum obſignatione, & depoſitione pulchrè diſcutitur.
20. Quòd oblatio quantitatis ſapiat potius naturam mutui, quàm depoſiti, ſi ſine obſignatione fiat.
21. Intellectus ad tex. in §. furtum autē, Infra de oblig. quæ ex delic.
22. Oblatio, cum obſignatione, & depoſitione quòd faciat tranſire periculum caſus fortuiti in creditorem.

QVia non niſi cognitis vniuerſalibus, ad ſpecialium cognitione deueniri poteſt, ideò pro perfecta
1. intelligentia iſtius oblationis, quæ cum obſignatione, & depoſitione fit operęprecium erit aliqua primùm in genere de oblatione præmittere. Sciendum igitur eſt vobis, quòd oblatio tunc contrahitur, quando debitor offert creditori id, quod debet.
2. Duplex autem eſt oblatio: VERBALIS ſcilicet &

Realis

3. REALIS. videamus primò de verbali. Verbalis oblatio tunc contrahitur, quando quis non habens pecuniam, vel eam rem, quã offert præſentẽ, & in promptu verbo tantùm præbet ſe paratum ſoluere, veluti ſi debitor volens impedire diſtractum pignoris, quæ poſt moram per debitorem in ſoluẽdo cõmiſſam fieri poteſt, ſecundum Bart. in l. creditor nu. 3. de diſtrac. pign. verbo tantùm offerat creditori ſe paratum ſoluere quod debet, de qua oblatione habetur in l. qui decem §. 1. verſ. idem reſponſum in fi. ff. de ſolutio. & liber., & apud Alexandrum in l. ſi mora ff. ſol. matrim. pot eſt
4. autem huiuſmodi oblatio fieri per verba generalia, vt offero me paratum facere, & adimplere omnia, ad quæ de iure teneor, niſi debitum eſſet liquidum: quia tunc fieri debet per verba ſpecialia; cùm verba generalia non
5. ſint obligatoria, ſed ſeruiant de vento, vt not. Alex., Iaſ. & ali. in l. ita ſtipulatus de verb. oblig. nu. 6.; vel niſi hæc generalis oblatio fieret cum relatione ad aliquod ſpeciale, vt offero me paratũ facere id, ad quod de iure teneor virtute talis inſtrumenti: quia quando generalis locutio non poteſt referri, niſi ad vnum æquipollet ſingulari, vt ad hoc multa poſt alios cumulat Iaſ. in l. nominatim ff. de liber. & poſthum., & probatur in l. fi: C.
6. ꝙ cum eo. Hæc nullos regulariter producit effectus: quia vbi opus eſt facto, verba non ſufficiunt, vt tradit Bart. in l. prætor §. ſi quis paratus ff. de noui oper. nunc. vbi ait quòd omnes leges dicentes debitorem debere eſſe paratum ſoluere, debent intelligi quòd debitor debeat ire cum denarijs in manu, aliàs non dicitur obtuliſſe, quod adeò procedit, vt licet offerens habeat pecuniam in marſupio, ſi talis pecunia non numeretur, nihil releuat oblatio, vt ait Bart. in l. cum ſeruus de cõd. & demon. non .n. conſtat, quid offeratur cùm poſſit dubitari, quid ſit in marſupio, prout in ſimili habetur in l. 1. §. ſi ciſta ff. eo. & not. Aret. in §. fi. nu. 8. Infra quib. mod. tollit. oblig. fallit tamen in ſex caſibus de quibus per Alex. in d. l. ſi mora, inter quos hunc vnum notabis quòd in oblatione rei immobilis, ſufficit verbalis

oblatio. Auth. dos data, & ibi gloſ. verſ. res mobilis C. de
7. don. ante nup. lex. n. non arctat quem ad impoſsibile,
& iniquum l. prętor in princ. & ſi. ff. de edend. cum ergo
non poſsit manu offerri, ſufficit ſi in loco, in quo ſita eſt
offeratur, dum tamen eſſet ſolutioni parata, aliàs nec
ſufficit verbalis oblatio, ſecundum Bal. in l. acceptam
C. de vſur. in prima oppoſ., & prout ibi per eum.

Realis autem oblatio tunc dicitur fieri, quando pecunia,
8. vel res quæ offertur pręſens eſt, & in promptu: veluti
ſi debitor ad impediendam venditionem pignoris offerat creditori pecuniam, quam ſibi debet non verbo
tantùm, ſed re ipſa eam numerando, & oſtendendo.

Tripliciter verò fieri ſolet realis hæc oblatio, EXTRA
9. IVDICIVM: ſcilicet præſentibus teſtibus, & notario. IN IVDICIO. & cum OBSIGNATIONE,
AC DEPOSITIONE.

Extra iudicium tunc fit realis oblatio, quando debitor ha-
10. bet pecuniam, vel aliam rem, quam vult offerre in manibus, & illam oſtẽdit numerando, repoſitamq; in marſupio offert, ſed non deponit pœnes aliquem depoſita-
11. rium, vt docet Bart. in d. l. acceptam nu. 3. Ad cuius
quidem oblationis validitatem requiritur, quòd creditor nolit recipere ſibi debitum, vt dicit tex. in l. 1. C. qui
potior. in pign. hab. aliàs reſolueretur omnis oblatio, ſi
12. creditor vellet recipere, vt not. Bart. in l. creditor in fi.
de diſtrac. pign. ita vt opus ſit tunc vera ſolutione. Itẽ
quòd fiat congruo loco, & tempore aliàs non releuat,
iuxta not. per Bart. poſt tex. in l. ſi ſoluturus ſolutioni.
Item, ꝙ ſit pura, & non contineat conditionem extrinſecam, ad quam ſcilicet, quis de iure non tenetur. Item
quòd fiat de toto debito, aliàs niſi totum offeratur, creditor non cogitur recipere, vt probat tex. in l. tutor §.
Lucius ff. de vſur., niſi reus confitẽdo partem debiti illam offerat, aliam verò non offerat: quia neget ſe debere l. quidam æſtimauerunt. ſi cert. pet., vbi latè Iaſ. poſt
Alex. Demum debet fieri præſenti, ꝙ ſi ſit abſens, cui
offertur debet citari, ita Bart. in l. ſi reus paratus in fi.
13. de procurat. & in d. l. acceptam nu. 23. Effectus iſtius

oblationis eſt, vt purget moram commiſſam per debitorem ante litem conteſt. Ita Bart. in d. l. acceptam. nu. 3. commiſſam verò poſt litem conteſt. non purgat hæc oblatio, niſi concurrat ſolutio, vel cum oblatione realis depoſitio. Item conſtituit ipſum creditorem non recipientem in mora. Item impedit curſum vſurarum, ſiue intereſſe: nam licet vſurę ſint hodie prohibitæ, Auth. ad hæc, vbi gloſ. & Bal. C. de vſur. poterũt tamen peti tamquã intereſſe l. curabit C. de actio: emp. vbi gloſ. & gloſ. in c. conqueſtus ex. de vſur. vbi Abb. nu. 6. iuxta tamen diſtinctionẽ, de qua per Caſtr. in l. ex prędijs C. de vſur. Item operatur hæc oblatio ne offerens incidat in pœnam conuentionalem, quam aliàs non ſoluendo incurriſſet, vt not. Bal. in d. l. acceptam nu. 9.

In iudicio verò fieri ſolet realis oblatio, quãdo debitor ha-
14. bens pecuniam, vel aliam rem, quã vult offerre pręſentem, & in promptu eam in iudicio oſtendit numerando, & offert, ſed non deponit, & dicitur iudicialis, ſiue fiat
15. ante litem conteſtatam, ſiue poſt, vt not. Bal. in l. inuicem C. de compenſ. Ad hanc autem oblationem faciendam eà omnia debẽt concurrere, de quib. in proximè præcedenti oblatione dictum eſt, eoſdemq; producit effectus, quos pręcendẽs producit oblatio, & vltra illos, alium producit, quòd ſcilicet ex hac oblatione oriatur actio pignoratitia directa debitori contra creditorem ad repetendum pignus l. ſi rem alienam §. fi. de pign. actio. quod ampliatur procedere, vt per Bal. in l. 3. C. de pign. actio. licet creditori data eſſet licentia à debitore, vel à lege vendendi pignus elapſo termino ad ſoluendum pręfixo.

Cum obſignatione verò, & depoſitione, tunc fit realis obla-
16. tio, quando pecunia, quæ debetur non ſolùm actu creditori offertur, ſed conſignatur depoſitario, & numerata reponitur in ſaccul., & ſacculus ſigillo, vel ſigno obſignatur, & obſignatus dimittitur pœnes ædem ſacram, vel illum depoſitarium, quẽ iudex competens elegerit, & deinde datur facultas creditori de recipiendo rem ſic
17. depoſitam ad libitum ſuæ voluntatis. Requirit hæc

oblatio ad ſui ſubſiſtentiã ea omnia,de quibus in pręcedentib. oblationib. dictum eſt,& vltra illa requirit etiã obſignationem cum depoſitione,de qua nuper diximus,
18. Eoſdemq; producit effectus,quos pręcedentes producunt oblationes,& vltra illos producit effectum totalis, ac plenæ liberationis d.l.obſignatione C.de ſolut.ita vt, quoad omnia ſortiatur effectum veræ ſolutionis l. 1. C. qui potior. in pign. hab.Item per huiuſmodi oblationẽ, poſterior creditor priori offerendo,ſuccedit in ius primi creditoris d. l. 1.C.eo. titulo,& tunc demum locum habent prædicti effectus,ſi interuenerit obſignatio rei debitæ:ſola .n. oblatio, & depoſitio,ſine obſignatione, non habet effectum veræ ſolutionis,nec ſucceſsionis in ius primi creditoris,ſiue offeratur quãtitas ſiue ſpecies: quia priore caſu ſi offeratur quantitas põdere,numero,
19. vel menſura conſtans, vt pecunia, & ad numerum deponatur non obſignata eius dominium, & omne periculum in depoſitarium transfertur,& cenſetur tunc data licentia depoſitario ea vtendi, adeò vt teneatur non ad idem,ſed ad tantumdẽ in genere ſuo, vt probat tex. in l.Lucius Titius ſempronio in l. die ſponſaliorum .§. qui pecuniam,vbi gloſ. verſ. condemnatus, & l. ſi ſac-
20. culum,vbi Caſtr.ff. eo.,Quare cũ non ſit ꝓpriè depoſitum; ſed ſapiat naturam mutui:non habebit vim veræ ſolutionis; & per conſequens non ſuccedet liberatio debiti, nec ſucceſsio in ius primi creditoris, quæ niſi præcedente ſolutione, aut ea depoſitione cum obſignatione facta, quæ vt ſupra vim habet veræ ſolutionis poteſt contingere. Secundo caſu ſi offeratur ſpecies,vt res aliqua mobilis, aut ſe mouens non obſignata, licet eius dominium in depoſitarium non tranſeat: tamen quia tunc facilè poſſet res permutari, & ex tali permutatione ſequeretur poſtea ſolui quid diuerſum ab eo, quod debetur; & per conſequens non contingere liberationem argumento §. 1. Infra quib. mod. tol. oblig. cùm aliud pro alio ſolui inuito creditore non poſsit l. 2. §. 1. ſi cert. pet., Ideò ſecundum Rom. in d. l. ſi mora, & Alex. ibi nu. 7. huiuſmodi res debet ſignari, vt ad hoc

ponderat textum in Auth. dos data ver. ſignaculo impoſito C.de don. ante nup.Niſi eſſet talis res,veluti tale animal deponendum, quod facilè ab alijs dignoſci valeat. Ratio, quia rei ſatis demonſtratæ fruſtra adijcitur alia demõſtratio l.1.in fi.de dot.prælęg.Quòd ſi res deponatur obſignata tunc dominium, & poſſeſsio rei depoſitæ non in depoſitarium, ſed in ipſum creditorem transfertur, & apud depoſitarium tunc res eſt ad requiſitionem creditoris. quo caſu non cenſetur data, aut permiſſa licentia depoſitario vtendi re ſic depoſita, immò ſi tunc ea vtatur,furtum committit, & ita datur in-
21. telligi textus in §.furtum autem,Infra de oblig.quæ ex delic.,vt procedat,quando res depoſita fuit obſignata. Magni .n. effectus eſt obſignatio,ita vt quandoq; pro traditione habeatur: vnde ſi quis venderet lignum in nemore, & illud ſignaret,cenſeretur tradidiſſe l. quod ſi neq; §.1.ff.de peric.& com.rei vend.,& ſignãdo dolium venditũ,cenſetur quis tradere l.1.§.ſi dolium ff.de pe-
22. ric.& com.&c. Hinc patet ex obſignatione ſuccedere alium effectum:quia cùm obſignatio faciat tranſire dominium rei obſignatæ in creditorem, & periculum caſus fortuiti ſpectet ad dominum l.pignus C. de pignor. actio. ſi caſu fortuito rem ſic depoſitam penes depoſitarium perire contingat,peribit periculo creditoris,non debitoris, qui iam ita obſignando,& deponendo obtinuerat liberationem, & ideò non debet reincidere in obligationem iam extinctam; & prout latius ad quem ſpectet periculũ rei ſic depoſitæ,habetur per Caſtr. in l. ſi ſoluturus ff.de ſolutio:vbi mala electio depoſitarij regulariter periculo eligentis cedit, & prout ibi per eum, & hæc de priori ſpecie depoſiti.ſequitur nunc videndũ.

DE SEQVESTRO, SIVE DEPOSITO SEQVESTRARIO.

Secunda ſpecies principalis depoſiti dicitur ſequeſtrũ, ſiue ſequeſtratio,vel depoſitum ſequeſtrarium,ad cu-

ius intelligentiam erit nobis videndum de duobus. Primò quid ſit. Secundò quotuplex ſit, & quæ ſint ſingulæ eius ſpecies.

QVID SIT SEQVESTRVM.

1. Sequeſtrum fit de re contentioſa, nec intereſt contentio ſit in iudicio, vel extra.
2. Sequeſter quis dicatur.
3. Sequeſter reperitur in 2. & 3. declinatione.

EST rei, de qua controuerſia eſt depoſitio. Solet .n. res litigioſa cuſtodienda reponi, quouſq; ex cauſæ cogni-
1. tione conſtet, cui debeatur .l. licet, in princ. l. propriè .ff. eo. & .l. fideiuſſor in fi. ff. qui ſatisdare cog. nec intereſt, vtrum iſta contentio fiat in iudicio, vel extra, vt not.
2. Ab. in glo. 1. in c. examinata de Iudic. nu. 13. Sequeſter verò, ſiue ſequeſtrarius ille dicitur, apud quem, res, de qua controuerſia eſt deponitur: dictus ab eo, quòd occurrenti, aut quaſi ſequenti eos, qui cōtendunt committitur. l. ſequeſter de ver. ſign., vel quia vterq; de contendentibus eius fidem ſequatur, & hic reperitur in ſe-
3. cunda, & tertia declinatione, ita vt ſit dare eius accuſatiuum ſequeſtrem, & ſequeſtrum, & genitiuum ſequeſtris, & ſequeſtri, vt not. gloſ. in l. ſi in Aſia. §. cum ſequeſtro .ff. eo.

QVOTVPLEX SIT SEQVESTRVM.

DVplex eſt ſequeſtrum: CONVENTIONALE ſcilicet, ſiue extra iudiciale, & voluntarium, ac IVDICIALE, & neceſſarium, ſic & ſequeſter voluntarius, & neceſſarius dici poteſt. Ita diſtinguunt DD. communiter in l. vnic. C. de prohib. ſequeſtr. pec. poſt gloſ. ibi in l. intereſſe puto .ff. de acq. poſ. & alibi paſsim. videamus nunc, quæ ſint ſingulæ eius ſpecies, & primò.

DE

DE SEQVESTRO CONVENTIONALI, SIVE EXTRAIVDICIALI, & voluntario.

Ad iſtius ſequeſtrationis intelligentiam erit nobis videndum de duobus: primò quid ſit, ſecundò, quos producat effectus.

QVID SIT SEQVESTRVM conuentionale, &c.

Eſt rei, quæ in controuerſiam deducitur conſenſu concertantium apud tertium depoſitio, de hac ſequeſtrationis ſpecie loquitur textus in d. l. ſequeſter, & d. l. licet. Hæc ſolet tunc fieri, cùm duo, aut plures de eadem re contendentes, de communi conſenſu rem, de qua contenditur ſcandali vitandi gratia apud ſequeſtrem hac conditione deponunt, vt eam retineat, donec ex cauſæ cognitione conſtet, cui debeatur: ad hoc vt vincenti eamdem poſsit reſtituere. Dictum autem eſt conuentionale ſequeſtrum: quia ex partium conuentione, extraiudiciale; quia extra iudicium, & voluntarium: quia de voluntate partium fit: ad differentiam Iudicialis, & neceſſarij, de quo Infra dicemus, & hoc ſequeſtrum regulariter eſt permiſſum, cùm partes ſic poſsint ſibi præiudicare. Ideò de eo non loquitur titulus C. de prohib. ſequeſtr. pec.

QVOS PRODVCAT EFFECTVS.

1. Sequeſtratio voluntaria priuat contendentes ſua poſſeſsione.
2. Sequeſtratio à ſequeſtrando, ideſt priuando dicta.
3. Quid differant ſequeſtrare, & interdicere.
4. Sequeſtratio eſt ſimilis executioni, ad quam non deuenitur, niſi prius debitore conuicto.

5. Sequeſter

5. Sequeſter poteſt res tempore perituras iudicis auctoritate partibus auditis, & vocatis alienare.
6. Sequeſter non poteſt cogi ſuſcipere officium, ſed poſtquam ſuſcepit, cogitur retinere: niſi iuſta ſubſit cauſſa.
7. Res ſequeſtrata debet reddi ei, qui vincit, vel ei, per quam non ſtat, quominus iudicium agitetur.
8. Qua actione conueniatur ſequeſter.
9. Sequeſter retinet ſuum ſalarium, & impenſas.

PLures huiuſmodi ſequeſtratio producit effectus: quorum primus eſt, vt niſi aliter actum ſit, per eam ſequeſtrationem priuentnr contendẽtes ſua poſſeſsione glоſ. & dd. in d. l. vnic. Bart. poſt tex. iuncta gloſ. verſ. ſequeſtrum. l. intereſſe puto ff. de acq. poſ., & ideò ad vſucapionem poſſeſsio partibus non procedet d. l. intereſſe puto, cùm poſſeſsio tranſeat in ſequeſtrum d. l.
2. licet §. rei depoſitæ .ff. eo. Vnde dicta eſt ſequeſtratio, à ſequeſtrando, ideſt priuando poſſeſſorem ſua poſſeſſione. c. 2. de foro compet. id .n. agitur ea depoſitione, vt neutrius interim poſſeſsionis tempus procedat. d. l. licet in fi., & in hoc differunt ſequeſtrare, & interdicere: quia ſequeſtrare propriè eſt ab vno auferre, & alteri
3. dare d. l. licet. Interdicere verò eſt facere, ne quod quis habet, alteri det, vt not. Alber. in ſuo diction. verſ. ſequeſtratus. Nec obſtat, quod quis non ſit priuandus ſua poſſeſsione lite pendente. c. 1. vt lite pend. c. 1. de ſequeſtr. poſ. & fruc. cùm .n. ſequeſtratio ſit ſimilis exe
4. cutioni, quæ non fit ex abrapto l. 1. C. de execu. rei. vendic. Ideò oportet primò debitorem conuinci & deinde ad ſolutionem pulſari, vt dicit tex. in d. l. vnic. Quia reſp. ꝙ partes in hoc poſſunt ſibi ipſis præiudicare l. ſi oleum ff. locati, vbi Bart., & in d. l. intereſſe puto, cum pluribus alijs: nam ſi partes ſunt concordes nihil ad inuicem l. 1. §. inde de nou. op. nunc.
Secundus effectus eſt, quòd ſequeſter poteſt res tempore
5. perituras iudicis auctoritate partibus auditis, & vocatis alienare, & prætium pœnes ſe in ſequeſtrum retine-

re,

re, vt not. Bart. in d. l. intereſſe puto, & d. l. ſi oleum; & Alex. in l. pro hærede de acq. hered., vbi ad hoc allegat optimum tex. in l. ſi magiſtratus de preuileg. cred. Idem not. Salic. in d. l. vnic. nu. 4. & Pract. Pap. in forma libelli ſuper ſequeſtr. Immò ſi non diſtraheret huiuſmodi res, & deuaſtarentur, ſibi imputaretur.
Tertius effectus eſt, vt licet non poſsit quis cogi reci-
6. pere rem ſequeſtratam gubernandam; quia officium ſequeſtri eſt voluntarium, non neceſſarium. vt not. Bart. in l. litibus in fi. C. de agri. & cenſ. libr. xi: Tamen poſtquàm ſuſcepit onus non poteſt ſine iuſtiſsima cauſſa (veluti ſi damnum pateretur. l. fi. §. ſin autem C. de bon. auctor. Iud. poſ.) auctoritate iudicis partibus vocatis (cùm earum intereſſe poſsit l. ei, apud quem. §. fi. ff. eo. vbi Caſtr.) rem ſequeſtratam relinquere.
Quartus, & vltimus effectus pro nunc eſt, quòd res ſe-
7. queſtrata debet reddi ei, qui vincit; vel ei, per quem non ſtat quominus iudicium agitetur. d. l. ſi oleum, & ibi Bart. quam ſi non reſtituat, poterit actione depoſi-
8. ti ſequeſtraria conueniri. l. ſi in Aſia §. cum ſequeſtro ff. eo., & l. propter, vbi gloſ. C. eo., vel actione præſcriptis verbis, ac ſi quaſi coutraxiſſet, vel ſi ſequeſter ſoluendo non ſit, contra deponentem agitur de dolo. l.
9. ſi oleum §. 1. vbi Bal. de dolo. Ita tamen, quod ſequeſter poſsit impenſas, quas in re ſequeſtrata iudicis auctoritate, & decreto fecit, vt ſuum ſalarium, iuxa iudicis taxationem deducere, & computare: vt latè per Rebuf. tit. de ſequeſtr. Art. 4. gloſ. 2., vbi refert Bart. cõſ. 71. illud in 4. volum: conſuluiſſe pro nobili viro, qui ſalarium à rege Franciæ conſequi debebat, eo quod ciuitas Aſtenſis apud eum fuiſſet ſequeſtrata, & hæc de ſequeſtro conuentionali, ſequitur nunc videndum.

DE

DE SEQVESTRO IVDICIALI, ET NECESSARIO.

AD iſtius ſequeſtrationis intelligentiam erit nobis videndum de pluribus, & primò, quid ſit, & quare ſic appelletur. Secundò, in quibus differat à ſequeſtro voluntario. Tertiò quotuplex ſit, & quæ ſint ſingulæ eius ſpecies. Quartò, & vltimò qualiter reuocari, poſsit.

QVID SIT SEQVESTRVM IVDICIALE, & neceſſarium, & quare ſic appelletur.

1. Sequeſtratio iudicialis, & neceſſaria regulariter eſt prohibita.

EST rei litigioſæ depoſitio facta iudicis auctoritate, eatenus duratura, quatenus vel cauſſa ſequeſtrationis fuerit ſublata, aut lis finem acceperit l. ſi fideiuſſor in fi. ff. qui ſatisd. cogantur. Dicta iudicialis: quia fit iudicis auctoritate interueniente; & neceſſaria; quia partes neceſſe habent eam ſubire poſtquàm iudex eam facere decreuerit, & hæc regulariter eſt prohibita; prout
1. de ea loquitur tex. in l. vnic. C. de prohib. ſequeſtr. pecun. præterquàm in aliquibus caſibus, de quibus ibi per gloſ., & DD., de quorum ratione infra dicemus.

IN QVIBVS DIFFERAT A ſequeſtro voluntario.

1. Quid interſit à iudice, vel à partibus decernatur ſequeſtrum.
2. Mala electio periculo eſt eligentis.
3. Ex ſequeſtro voluntario priuantur cõtendentes ſua poſſeſsione, ex neceſſario verò, non ſic abſolutè.
4. Qualiter finito ſequeſtro ſit cõueniendus ſequeſter.

IN tribus potiſsimùm differt ſequeſtrum neceſſarium, & iudiciale à voluntario, & primo, in modo faciendi: quia alterum à partibus, alterum verò à iudice decernitur. Plurimùm autem intereſt, à quo fuerit factum: quia ſi ſequeſter ſoluendo non ſit, ſi de partium voluntate receptus fuerit, non tenebitur iudex, ſed partibus imputandum, quæ talem elegerunt, vt de ſocio dicit tex. in §. fi. infra de ſociet., ſecus verò, ſi ex ſolius iudicis auctoritate electus fuerit: quia tunc iudex tenebitur ſubſidiaria; cautionibus tamen prius excuſsis. Sicut de eo, qui dat tutorem pupillo .l. 1. de magiſtrat. conuen. §. pen. ſupra de ſatiſd. tut. Vel ſi ad vnius tantùm partis inſtantiam non ſoluendo datus fuerit, de dolo illa pars tenebitur in ſubſidium, id eſt ſi ſequeſter, vel eius
2. fideiuſſor ſoluendo non fuerint .l. ſi oleum. de dolo. Mala .n. electio periculo eſt eligentis, vt hic in tex. noſtro, & l. ſi ſoluturus .ff. de ſolutio. ſecundo differt, quoad effectus: quia ex ſequeſtro voluntario
3. transfertur poſſeſsio in ſequeſtrem: ita vt neutra partium poſsideat, vt ſupra in primo effectu dictum eſt, ex neceſſario verò, non ſic abſolutè priuantur contendentes ſua poſſeſsione; vt de hoc plenè diſtinguit Pract. Pap. in forma libelli ſuper ſequeſtr. tertio, & vltimo differt. voluntarium, à neceſſario; quia ſequeſter non
4. non reſtituens rem ſequeſtratam finito ſequeſtro, ſi ſit voluntarius, conuenitur actione depoſiti ſequeſtraria, & vt ſupra in 4. effectu. ſi verò ſit neceſſarius, conuenitur iudicis officio contrario imperio, vt latè per Sali. in d. l. vnic. in fi cum nihil tam naturale ſit, quid eodem vinculo, quo colligatum eſt, eodem quoq; diſſolui poſſit l. nihil tam naturale. de reg. iur.

QVOTVPLEX SIT SEQVESTR iudiciale, & neceſſarium.

QVadruplex eſt hoc ſequeſtrum, prout & quatuor modis aduerſus regulam d. l. vnic. ſequeſtrationem hanc fieri receptum eſt pœnes Abb. inter alios in c. 3. nu. 12. de ſequeſt. poſ. & fruct. & Curt. in tract. de ſequeſtr.

queſtr. nu. 22. & primo fit hoc ſequeſtrum, OFFICIO IVDICIS NOBILI. Secundo, OFFICIO IVDICIS MERCENARIO DESERVIENTE SEQVESTRATIONI. Tertio, AD PETITIONEM SEQVESTRIS, quarto, & vltimo, AD PETITIONEM PARTIS. Videamus nunc, quæ ſint ſingulæ eius ſpecies, & primò.

DE SEQVESTRO FACTO OFFICIO IVDICIS NOBILI,

QVALITER, ET QVANDO FIAT hoc ſequeſtrum.

1. Officium iudicis nobile eſt, quod iudex au&oritate iuris exercet, etiam ſi nulla proponatur a&io:
2. Quando ad hanc ſequeſtrationem deueniatur.
3. Ad arma, & rixam deuenire non patitur prætor, quos poteſt ſua iuriſdi&ione componere.
4. An iudex poſsit cogere partes ad concordiam.

Officio iudicis nobili, quod ſcilicet pro ſe ſubſiſtit, & Iudex au&oritate iuris exercet, etiam ſi nulla pro-
1. ponatur a&io, fieri ſolet ſequeſtrum: quando occaſione alicuius rei iudex videt ſcandalum imminere, & neutram partium curare adire iudicem, veluti ſi neutra partium rem, de qua agitur poſsidente (nam ſi altera partium poſsideret, non poſsidenti tunc inhiberetur poſſeſsio, vt tradunt dd. in d. l. ſi vſus fru&us §. ſed ſi inter duos ff. de vſufruc.) vtraque tamen contendente ſe poſsidere omnes vadant armati ad poſseſsionem: tunc quia iudicis officium latiſsimum eſt. l. 1. de iuriſd. omninm Iud. & Iudicis eſt obuiare ſcandalis: ad arma .n. & rixam deuenire non patitur prætor, quos
3. poteſt ſua iuriſdi&ione componere. d. §. ſed ſi inter duos. vbi gloſ., & Bart. not. illum tex. ad hoc, quod iudex poſsit cogere partes ad concordiam, tunc iudex pote-
4. rit ex mero officio rem ſequeſtrare apud tertium, &

partibus prohibere, ne interim ad locum accedant; deinde exigere probationes à partib.; & ſecundum exitũ probationis procedere. ſequitur nunc videndum.

DE SEQVESTRO FACTO IVDICIS OFFICIO MERCENARIO DEſeruiente ſequeſtrationi.

QVALITET, ET QVANDO FIAT hoc ſequeſtrum.

1. Quid ſit officium iudicis mercenarium.
2. Si beneficiatus non vult ſeruire beneficio, fructus ſequeſtrantur.
3. Quando dos ſequeſtretur.

OFficio iudicis mercenario deſeruiente ſequeſtrationi fieri ſolet ſequeſtrum: (eſt autem officium iudicis
1. mercenarium, quod per ſe non ſubſiſtit, ſed actioni deſeruit: & eatenus durat, quatenus durat actio, vt de diuiſione officij iudicis, eſt gloſ. ordin. in l. 4. C. eo. depoſ.) quando alicui incumbit onus faciendi aliquid ratione certæ rei, & monitus non facit, poterit tunc res
2. ſequeſtrari. Veluti ſi beneficiatus non vult ſeruire beneficio, præſes debet curare, quòd eius officium non negligatur, ſequeſtrari faciendo fructus ad hoc, vt beneficium officietnr, non obſtante appellatione. c. peruenit ad nos quod cum G. de appell. aliud exemplum in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſsimo ff. ſol. matrim. vbi ſi maritus negligat vxorem furioſam
3. alere, & alia, quæ ad ipſum ſecundum dotis quantitatem pertinent neceſſaria impendere, ſed dotem diſſipet, dos ſequeſtrabitur cum multis ſimilibus, quæ adduci poſſent. ſequitur nunc videndum.

DE

DE SEQVESTRO, QVOD FIT AD PETITIONEM SEQVESTRIS, ſiue ſequeſtrarij.

QVALITER, ET QVANDO FIAT.

SEqueſtrum fieri ſolet ad petitionem ſequeſtris, quando ſequeſter habet aliquam legitimam cauſſam deponendi officium: tunc debet adire iudicem, qui prouideat, vt apud ædem ſacram, vel apud alium fiat ſequeſtrum, (qua de re eſt textus in l. ei apud. §. fi. ff. eo. vbi dd.

DE SEQVESTRO, QVOD FIT AD PETITIONEM PARTIS.

AD iſtius ſequeſtrationis, quæ quotidiana eſt, & frequens intelligentiam, erit nobis videndum de duobus: primò qualiter, & quibus ex cauſsis fiat; ſecundò, quæ requirãtur ad hoc, vt iudex poſsit eam decernere.

QVALITER, ET QVIBVS EX CAVSSIS fiat ſequeſtratio ad partis petitionem.

1. Si dubitatur de dilapid. fructuum, qualiter deueniatur ad eorum ſequeſtrationem.
2. Quandocũq; ſubeſt aliqua æquitas, vel cauſſa, quæ poteſt mouere iudicẽ, tunc poteſt fieri ſequeſtrũ.

SEqueſtratio iudicialis, & neceſſaria, tunc ad petitionem partis fieri pôt, quñ iuſta ſubeſt cauſſa: prout in caſibus
1. exceptis p gloſam, & DD. in d. l. vnic. Veluti ſi dubitatur de dilapid. fructuum, & reus non ſit ſoluendo, ne iudicium reddatur eluſorium, & fruſtratorium, vel ſit aliqua præſumptio aduerſus poſſeſsorem, quòd litiget cauſſa differendi iudicium ad hoc, vt interim capiat fructus

fructus, tunc lite pendente, ſic parte inſtante fiet ſe-
1. queſtratio l. Imperatores in fi. de appel., & in ſumma vbicumq; ſubeſt aliqua æquitas, vel cauſſa talis, quæ poteſt mouere iudicem, tunc conceditur ſequeſtrum: pro vt in alijs caſibus exceptis in d. gloſ. l. vnic., quos enumerare eſſet ſuperfluum, cùm per te videre poſsis: poſſent tamen ex cauſsis dari plures caſus, vltra ibi enumeratos, qui ſi iudici proponantur, poterit ſecundum Abb. c. 2. nu. 16. de ſequeſtr. poſ. concedi ſequeſtratio.

QVAE REQVIRANTVR AD HOC, VT iudex poſsit ad partis inſtantiam ſequeſtrationem decernere.

1. Iudici debet conſtare ſaltem ſummariè de iure petentis ſequeſtrum.
2. Pars, cuius intereſt ſequeſtrum fieri, debet citari.
3. Quid ſi pars ſit ſuſpecta, quòd citata fugam inſtruat.
4. Debet de cauſſa ſequeſtrationis apparere iudici, priuſquam decernat ſequeſtrum.
5. Quare non obſtante appellatione, ſequeſtrum ſit executioni mandandum.
6. Ex quibus cauſsis poteſt quis eſſe ſuſpectus de fuga.
7. Semel malus, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali.
8. Sequeſtratione ceſſante conceditur fructuum deſcriptio.

TRia requiruntur ad hoc, vt iudex poſsit decernere ſequeſtrationem ad partis inſtantiam, & primò quòd:
1. conſtet ſaltem ſummariè de iure petentis ſequeſtrum, & ſic quid iuris habeat in re, quam quis petit ſequeſtrari; quia ſi nihil iuris habet, non conceditur ſequeſtrũ l. ſi is, à quo ff. vt in poſ. legatorum. ſecundò requiri-
2. tur quòd pars citetur: quia ſua intereſt l. de vnoquoq;

3. ff. de re iud. quid verò ſi ſit ſuſpecta de fuga, vide Bal. in l. ſi fideiuſſor §. fi. ff. qui ſatiſd. cogantur, & omninò Curt. in tractatu de ſequeſtr. nu. 40. vbi concludit, ſemper citandum, niſi periculum eſſet in mora, quòd citando fugam inſtrueret, & tunc poterit etiam fieri die feriato in honorem Dei, vt not. Bal., & Sal. in d. l. vnic. & eſt gloſ. not. in l. fi. verſ. fideiuſsionis, vbi Bart.
4. C. ferijs tertiò, & vltimò, quòd de ſuſpicione appareat iudici: non .n. debet iudex ſimpliciter credere parti allegantí aduerſarium ſuſpectum; niſi conſtet de cauſſa, qua mediante res petitur ſequeſtrari. d. l. ſi fideiuſſor in fi. ibi, ſi hoc iudici ſederit. Veluti ſi prætextu timoris dilapidationis fructuum impetretur ſequeſtrum, debet conſtare de hoc timore per aliqua veriſimilia, quæ ſic poſsint mouere iudicem. vt not. Abb. in d. c. 2. nu. 22. Vel ſi petatur ſequeſtrari res mobilis; quia perſona ſit ſuſpecta, ne cùm re fugiat, debet de ſuſpicione apparere; & tunc non obſtante quòd pars appellaret à ſeque-
5. ſtro, executioni ſequeſtrum mandabitur, ſecundum Bal. in d. l. ſi fideiuſſor §. fi: quia præſumitur appellatum cauſſa executionis differendæ, & impediendæ l. ſatis aperte C. de falſis. pluribus autem reſpectibus po-
6. teſt quis eſſe ſuſpectus de fuga, ſecundum gloſ. in d. l. ſi fideiuſſor §. fi. Veluti ſi non poſsideat immobilia, mobilia pauca, ſolitus delinquere in ſimilibus; quia ſe-
7. mel malus, ſemper præſumitur malus in eodem genere mali l. ſi eius §. ijſdem de accuſatio.

Admonendi tamen eſtis, quòd in caſibus, in quibus ſe-
8. queſtratio non reperitur permiſſa, vt quando nulla ſubeſt iuſta cauſſa, quæ poſsit mouere iudicem ad eam concedendam; tunc poterit pars petere rerum, & fructuum deſcriptionem fieri, ad hoc, vt quantitas rerũ, & fructuum poſsit facilius probari lite finita, vt not. Bart. in l. 1. §. fi. per illum textum ff. de ventre in poſ. mit.

Qualiter

QVALITER SEQVESTRVM IVDICIALE reuocari poſsit.

1. Ceſſante cauſſa ſequeſtrationis, reuocatur ſequeſtrum, & nu. 4.
2. Quando ſequeſtrum tollatur fideiuſsione, & quid tunc debeat contineri in fideiuſsione.
3. Sequeſtrum factum non ad effectum certiorandi, ſed ſoluendi non tollitur fideiuſsione, ſed ſolutione.
5. Sequeſtrum factum gratia vitandi ſcandali, quod non tollatur, niſi ceſſante ſuſpicione ſcandali.

LIcet dici ſoleat, quòd fideiuſsio eſt medicina ſequeſtri, cùm ſequeſtrum mediante fideiuſsione reuocari contingat l. ſenatuſcõſulto §. fi. de offic. præſid. l. ſi fideiuſſor in fi. qui ſatiſd. cogantur l. fi. C. de ordin. cognition. hoc tamen non eſt indiſtinctè verum. Ideò
1. pro perfecta doctrina dicite, quòd ſublata cauſſa, propter quam fuerat cõceſſum ſequeſtrum, illud tollitur, & reuocatur, argum. c. cùm ceſſante de appell. adeò vt ſi fiat ſequeſtrum ad effectum certiorandi fructus; quia ſubſit timor eorum dilapidationis; quia iſte timor ſuf-
2. ficienter tollitur per idoneam ſatiſdationem de re reſtituenda actori in caſu victoriæ, ſine procraſtinatione de ea conſeruanda, & non baratanda, ſecundum gloſ. Alex. nu. 7. & add. in d. l. ſi fideiuſſor §. fi. Vbi etiam quæritur numquid ſufficiat iuratoria cautio, quando reus non inuenit fideiuſſorem. Ideò hoc caſu per idoneam cautionem poterit iudex reuocare ſequeſtrum; quod aliàs ſine ſatiſdatione non reuocatur; niſi lite finita, & in his terminis intelligi debent iura præ-
3. dicta; ſi verò fiat ad effectum ſoluendi, vt debitor. ſoluat; nam cùm ſequeſtrum ſit ſpecies ſolutionis l. vnic. C. de prohib. ſequeſtr. pec. ſolet quandoq; concedi ad hoc, vt facilius creditori ſatisfiat, tunc ſatiſdatione non releuabitur ſequeſtrum, ſed opus erit ſolutione. debet

n. illud

.n. illud fieri,quod ſi factum fuiſſet ab initio, ſequeſtrum non fuiſſet conceſſum, per reg. l. ſi pecuniæ §. fi. & ibi Bart.ff. vt in poſ. legat. ita firmant;Caſtr. & Alex. in d. l. ſi fideiuſſor in fi:Quod ſi demũ fiat gratia vitandi ſcandali, non tollitur per ſatiſdationem, niſi ea mediante ceſſaret ſcandalum: tex. not. in c. ex tranſmiſſa & c. litteras de reſtit. ſpoliat. vbi patet, quòd ſi tanta eſt ſæuitia viri,quòd mulieri trepidanti ſufficienter per cautionem prouideri non poteſt, non euitatur ſequeſtratio per ſatiſdationem. ſatiſdatio .n. maleuolum animum non immutat ſuprà de ſatiſd. tut. in fi. & hæc de ſecunda ſpecie depoſitj: ſequeſtro ſcilicet gratia cognitionis terminorum vobis dixiſſe ſufficiat plura ſcituris,ſi videbitis DD. ordin. in d. l. vnic. omninò Abb. in d. c. 2. de ſequeſtr. poſ. & fruct. Curt.in tractatu,de ſequeſt., & Pract. Pap. in forma libelli ſuper ſequeſtr. ſed de his duab. ſpecieb. depoſiti: oblatione ſcilicet facta, cum obſignatione, & depoſitione, & de ſequeſtro, de quibus hactenus, hic in tex. noſtro non agitur, ſequitur nunc videndum,

DE DEPOSITO SIMPLICI.

AD intelligentiam erit nobis videndum de duobus: primò qualiter, & quando fiat depoſitum ſimplex, & quomodo differat à ſequeſtro:ſecundò qualiter diuidatur, ſiue quotuplex ſit, & quæ ſingulæ eius ſpecies.

QVALITER, ET QVANDO FIAT depoſitum ſimplex, & quomodo differat à ſequeſtro.

1. Dominium,& poſſeſsio rei depoſitæ penes deponentem manet.
2. Recitantur octo differentiæ inter depoſitum, & ſequeſtrum.

Depoſitum ſimplex tunc contrahitur, quando pænes amicum quis cuſtodiæ tãtùm cauſſa rem aliquam,
1. ita deponit, vt dominium., & poſſeſsio rei depoſitæ pænes ipſum deponentem maneat. l. licet §. rei depoſitæ ff. eo. Tunc cùm deponenti placuerit reuocandum
2. c. fi. ex. eo. Differt à ſequeſtro, ſecundum Caſtr. in d. l. licet. primò, quia ſequeſtrum fit de re tantum litigioſa, ſed depoſitum ſimplex poteſt etiam fieri de re non litigioſa, prout in l. ſi quis nec cauſſam, ſi cert. pet. Secundò ſequeſtrum non niſi à pluribus fit, ſi ſit voluntarium d. l. ſequeſter de verb. ſign. ſecus tamen, ſi ſit neceſſarium, vt not. Abb. in c. examinata nu. 17. de Iud. depoſitum verò, & ab vno, & à pluribus, ſed tunc cùm à pluribus fit, non inſolidum, ſed à quolibet pro parte ſua cenſetur fieri, l. 1. §. ſed ſi duo ff. eo. ſequeſtrum verò, cùm a pluribus fit in ſolidum, cenſetur fieri l. propriè, & l. licet ff. eo. Tertiò ſequeſter poſsidet, ſi ſit voluntarius: id .n. agitur ea depoſitione, vt neutrius interim poſſeſsionis tempus procedat d. l. licet in fi., ſecus ſi ſit neceſſarius, vt latè per Ferrar. in forma libelli ſuper ſequeſtr: depoſitarius verò ſolùm cuſtodit, vt hic, & per DD. in d. l. licet, in princ. ff. eo. Quartò ſequeſtrum ſine partium conſenſu ſolo iudicis officio nobili fieri poteſt l. ſi vſusfructus §. ſed ſi inter duos, vbi Bart. ff. de vſufruc. depoſitum verò ſecus. Quintò ſequeſtrũ cadit in re mobili, & immobili pro re ipſa, & pro iure incorporali, quod in ea prætenditur, vt ad hoc not. Panorm. tex. in c. examinata, de Iudic. nu. 7., & de hoc latè Salic., & Bal. in d. l. vnic. verſ. quæro an de rebus incorporalib', poſt gloſ. ibi, depoſitũ verò cadit ſolùm in re mobili, & ſe mouente, vt infra dicemus. Sextò ſequeſter non poteſt regulariter officium ſuum deponere, niſi iuſta ſubſit cauſſa: tex. eſt in l. ei apud §. fi. ff. eo. quod ſecus eſt in depoſitario ſimplici, qui poteſt compellere deponentem ad rem depoſitam recipiendam, vt not. Caſtr. in d. §. fi. Septimò Depoſitarius ad ſolam deponentis petitionem rem depoſitam tenetur reſtituere, etiam ante tempus reſtitutioni præfixũ.

l. 1.

l. 1. §. ſi depoſuero ff. eo. ſequeſter verò, non niſi mandato iudicis præcedente, ſi ſit neceſſarius, vt not. Bal. in l. fi. C. de bon. auctor. iudic.poſsid.: quia nihil tàm naturale eſt, quin eodem vinculo, quo colligatum eſt, eodem quoq; diſſolui poſsit. l. nihil tam naturale, de reg. iur. Octauò, & vltimò ſequeſter ſalarium ſuum poteſt recipere vt ſupra; depoſitarius verò non; tunc n. tranſiret in aliam ſpeciem contractus, & eſſet locatio, aut contractus innominatus. l. 1. §. ſi quis ſeruum, ff. eo.

QVALITER DIVIDATVR DEPOSITVM ſimplex, ſiue quotuplex ſit, & quæ ſint ſingulæ eius ſpecies.

TRes depoſiti ſimplicis diuiſiones reperio, quarum prior hæc eſt, vt aliud ſit VERVM, aliud verò CONFESSATVM. ſecunda diuiſio hæc eſt, vt aliud dicatur REGVLARE, aliud verò IRREGVLARE. tertia, & vltima diuiſio hæc eſt, vt aliud dicatur depoſitum VOLVNTARIVM, aliud verò NECESSARIVM. Vel ſic depoſiti quatuor ſunt ſpecies. VERVM ſcilicet, REGVLARE, ac VOLVNTARIVM, quod fit re interueniente, ſecundum regulas depoſiti, præter neceſsitatem deponentis; CONFESSATVM, de quo ſolùm apparet per confeſsionem partis. IRREGVLARE, quod excedit regulas, & terminos depoſiti, & NECESSARIVM, quod fit aliqua neceſsitate cogente. Videamus nunc, quæ ſint ſingulæ ſpecies, & primò.

DE DEPOSITO VERO, REGVLARI, ET VOLVNTARIO.

AD iſtius depoſiti intelligentiam erit nobis videndum de pluribus: primò qualiter, & quando contrahatur & quare ſic appelletur. ſecundò quæ ad illud contrahendum requirantur. tertiò ad quem ſpectet periculum

culum rei depoſitæ. quartò, & vltimò, quæ actio inde oriatur, & in quib. ſit priuilegiata.

QVALITER, ET QVANDO CONtrahatur depoſitum verum, regulare, & voluntarium, & quare ſic appelletur.

HAEc depoſiti ſpecies, tunc contrahitur, quando quis pænes tertium rem aliquam mobilem gratis cuſtodiendam, non coactus, ſed voluntariè, verè, & cum effectu deponit, & ſi quantitas ſit, eam obſignat.

Dictio mobilem, excludit ſequeſtrum, in quo veniunt etiam immobilia, vt ſupra.

Dictiones gratis cuſtodienda, excludunt locationem, & conductionem, vbi non gratis, ſed mercede interueniente, non cuſtodiendæ ſimpliciter, ſed ad vſum res conceduntur.

Dictiones non coactus, ſed voluntariè, excludunt depoſitum neceſſarium, quod fit neceſsitate, & timore incendij, ruinæ, tumultus, aut naufragij, vt Infra videbimus.

Dictiones verè, & cum effectu, excludunt depoſitum confeſſatum, vbi non res verè, & cum effectu, ſed ſola confeſsio depoſiti interuenit, vt Infra dicemus.

Dictiones & ſi quantitas ſit, eam obſignat, excludunt irregulare depoſitum, quòd conſiſtit in quantitate ad numerum, pondus, vel menſuram depoſita, ſine obſignatione, & ideò ſapit naturam mutui, de quo Infra dicemus.

Dictum autem eſt verum; ad differentiam depoſiti confeſſati: regulare: quia fit, ſecundum regulas, & terminos depoſiti, ad differentiam irregularis, quod egreditur regulas, & voluntarium: ad differentiã neceſſarij.

QVAE REQVIRANTVR, AD HOC depoſitum contrahendum.

1. In depoſito res actu debet interuenire.

2. De

2. De natura contractus depoſiti eſt, vt eadem res reſtituatur, non de ſubſtantia.
3. In depoſito res datur cuſtodienda.
4. Si ſcholaris ponat librum in camera alterius ſcholaris, non contrahit depoſitum.
5. In præiudicialibus tacens, non habetur pro conſentiente.
6. Immobilia non deponuntur, ſed in ſequeſtrum dantur.
7. Quòd obſignatio in depoſito quantitatis pondere, numero, vel menſura conſiſtentis, requiratur.
8. Intellectus ad textum in §. furtum autem, Infra de oblig., quæ ex delic.
9. In depoſito merces non interuenit.

AD contrahendum depoſitum verum, regulare, & voluntarium, plura requiruntur: & primò quòd
1. res, quæ deponitur actu interueniat ad hoc, vt obligatio re dicatur contrahi, iuxta rubricam tit. noſtri: nam ſi ſola confeſsio depoſiti interueniret, non eſſet propriè, & ſimpliciter depoſitum, ſed depoſitum confeſſatum, pro vt à DD. nuncupatur: nam quod profertnr cum adiuncto, non eſt propriè tale: & propterea cùm in depoſito re contrahatur obligatio de eadem re, quam accepit reſtituenda, tenebitur, vt hic ait Imper: nam licet inter contrahentes, nihil de hoc actum fuerit, de natura tamen ipſius contractus eſt, vt eadem res, quæ de-
2. ponitur veniat reſtituenda ſtante ſic regula, quòd aliud
3. pro alio ſolui inuito creditore non poſsit. l. 2. §. 2. ſi cert. pet. ſecundò requiritur, quòd res, quæ deponitur, detur cuſtodienda, ideò dicit I. C. in l. 1. ff. eo. depoſitum eſſe, quod cuſtodiendum alicui datum eſt: nam ſi non daretur ad cuſtodiam, ſed ad vſum, tunc tranſiret in aliam ſpeciem contractus, & eſſet mutuum, ſi quantitas, commodatum, aut precarium, ſi ſpecies
4. aliqua fuiſſet depoſita. Hinc etiam eſt, quòd ſi ſcholaris ſolùm poſuerit librum in camera alterius ſcholaris ipſo licet ſciente, & patiente, non erit depoſitum, nec tenebitur

tenebitur de cuſtodia: quia illum non dedit cuſtodien-
5. dum, nec abdicauit à ſe rei cuſtodiam, vt not. Caſtr. in l. 1. in princ. ff. eo. In præiudicialibus .n. tacens non habetur pro conſentiente, vt not. Bart. in l. quæ dotis. ff. ſol.matrim. tertiò quòd res ſit mobilis: immobilia.n.
6. non deponuntur, ſed in ſequeſtrum dantur. Ideò dicebat I. C. in d. l. 1. depoſitum dici ex eo, quod ponitur, & datur ad cuſtodiam: quare cùm immobilia non ponantur: quia non poſſunt amoueri, nec dicentur pro-
7. priè deponi. quartò quando deponitur certa quantitas pondere, numero, vel menſura conſtans, & recipiens functionem in genere ſuo, vt pecunia; tunc requiritur quòd poſt numerationem reponatur in ſacculo, & obſignetur, aliàs ſi ad numerum deponatur non obſignata, præſumitur eo in caſu data licentia depoſitario ea vtendi: vt probat tex. in l. die ſponſaliorum iuncta ibi gloſ. verſ. condemnatus ff. eo. adeò vt eſſet tunc depoſitum irregulare, & ſaperet naturam mutui: quia obligaretur ad tantumdem. quòd ſi deponatur obſignata,
8. tunc ſi ea depoſitarius vtatur, furtum committit. l. ſi ſacculum. ff. eo. & ita datur intelligi textus in §. furtum autem, Infra de oblig. quæ ex delic., vt procedat, quando eſſemus in depoſitione quantitatis, & vt ſupra illa
9. ſuiſſet obſignata. quintò requiritur, quòd nulla merces pro cuſtodia interuenerit. Ideò dicit I. C. in l. 1. §. ſi veſtimenta ff. eo. quòd ſi veſtimenta ſeruanda balneatori data perierint, ſiquidem nullam mercedem ſeruandorum veſtimentorum accepit, depoſiti, eum teneri, quòd ſi merces pro cuſtodia interuenerit in pecunia, erit locatio: ſi verò in aliqua ſpecie, erit contractus innominatus, vt probat textus in d. §. ſi veſtimenta, cum ſeq. ſextò, & vltimò requiritur, quòd deponens nulla ruinæ, tumultus, incendij, aut naufragij neceſsitate adſtringatur, ad deponendum, ſed ex mera animi voluntate id faciat, aliàs eſſet depoſitum neceſſarium, quod, in quibus à voluntario differat, Infra dicemus ſuo loco.

Ad

AD QVEM SPECTAT PERICVLVM rei depoſitæ, ſiue ad quid depoſitarius teneatur.

1. Depoſitarius, quare de dolo, & lata tantùm culpa teneatur, non autem de leui, & leuiſsima.
2. Si depoſitarius aliquid pro cuſtodia habuit, aut ſe depoſito obtulit, tenetur etiam de leui culpa.
3. Conuentio, mora, & culpa præcedens caſum, facit depoſitarium teneri, etiam de caſu fortuito.

DEpoſitarius tenetur tantum de dolo, adeò vt ſi res depoſita eius dolo perierit eius etiã periculo & damno
1. cenſeatur perijſſe, vt dicit textus noſter in his verbis, ſed is ex eo ſolo tenetur, ſi quid dolo cõmiſerit &c. & l. 1. §. ſi quis ſeruum in fi. ff. eo. Accurſ. hic in gloſ. verſ. dolo, vult etiam de lata culpa eum teneri, quod DD. admittunt ea ratione: quia dolo æquiparatur ſaltem in contractibus l. quod nerua. ff. eo. eſt autem lata culpa non adhibere eam diligentiam in re depoſita, quam quis adhibet in ſua, prout ſupra dictum eſt in fi. tit. præced. De leui verò, & leuiſsima ea ratione non tenetur: quia depoſitum, vt plurimum deponentis tantùm gratia contrahitur, & gratuitum eſt eius officium, iuxta regulam l. ſi vt certo §. nunc videndum ff. comod.

Fallit primò in duobus caſibus, in quibus tenetur depoſi-
2. tarius etiam de leui culpa, quorum primus eſt, quando depoſitarius pro cuſtodia mercedem conſequitur c. fi. ex. eo. verum tamẽ eſt, quòd tunc depoſitarius conuenitur ex locato, & conducto ſi pecunia pro mercede interuenerit, vel præſcriptis verbis, ſi ſpecies ſoluta fuerit, ratio eſt: quia tunc contractus vtriuſq;, & deponentis, & depoſitarij gratia eſt celebratus, iuxta reg. d. l. ſi vt certo, vt not. Dec. in l. contractus nu. 3. de reg. iur. ſapit. n. hoc caſu naturam locationis potiuſquàm depoſiti. Ideò nimirum, ſi hac actione de leui tantùm culpa cõuenitur §. qui pro vſu, Infra de loc. & conduc. ſecundus caſus eſt, quando

quando depoſitarius ſe depoſito obtulit d. l. 1. §. ſæpe ff. eo. & d. c. fi. licet ſint, qui cenſeant, quòd quando quis ſe obtulit, videatur eius gratia tantùm celebratus cótractus, & ideò teneatur etiam de leuiſsima, iuxta d. reg. l. ſi vt certo §. nunc videndum, qua de re vide Dec. in d. l. contractus nu. 2. & 4. cùm ibi additis.

Fallit ſecundò in tribus caſibus, in quibus tenetur etiam 3 de caſu fortuito, quorum primus eſt, ſi ſic expreſsè conuentum eſt inter partes l. 1. §. ſi cõuenerit ff. eo. qui ad hoc ſolet allegari, quod contractus ex conuentione partium legem accipiunt, & c. fi. ex. eo. ſecundus ſi fuit in mora reſtituẽdi rem depoſitã l. ſi in Aſia §. fi. ff. eod. ſic not. gloſ. l. 1. §. ſæpè eo. tit. vel per litis conteſtationem, vel per extraiudicialem interpellationem l. ſi ex legati cauſſa, de verb. oblig. nam mora debet nocere moroſo l. quod te, ſi cert. pet. quód ita intellige, niſi res eodem modo fuiſſet peritura apud deponentem l. ſi plures §. fi. ff. eo. tertius, & vltimus ſi culpa præceſsit caſum d. c. fi. veluti ſi rem depoſitam per locum periculoſum depoſitarius portauerit omnibus ſciẽtibus, hoſtes eò tranſire, & verſari, vt probatur iuribus hic adductis p gloſ. vt l. in rebus §. 1., & l. ſi vt certo §. ſed interdum ff. cómod. de quibus vide DD. hic in gloſ. verſ. dolo, Dec. in d. l. contractus. Azo. in ſum. C. eo. nu. 29. & ſeq. tex. in d. c. fi.

QVAE ACTIO INDE ORIATVR, & in quibus ſit priuilegiata.

1. Actio depoſiti duplex directa, & contraria.
2. Cui, contra quem, & ad quid detur directa actio depoſiti.
3. Recitantur ſeptem priuilegia depoſiti.
4. Contraria depoſiti actio contra quem, & ad quid detur.

EX hoc depoſito oritur actio depoſiti, vt hic in tex. duplex autem eſt hæc actio, directa ſcilicet, & contra-
2. ria. directa datur deponenti, etiam furi, & latroni. l. 1. §. ſi prædo. ff. eo., eiuſq; hæredibus d. l. 1. §. hæc actio, aduerſus depoſitarium, ſi dolo verſatus ſit in re depoſita, & eius hæredes, etiam ob dolum defuncti; vel ſi locupletiores inde facti ſint. l. ex depoſiti. de action. & oblig. primò ad reſtitutionem rei non deterioratæ cum omnibus acceſsionibus d. l. 1. §. quæ depoſitis. vbi gloſ. & Bal. ff. eo. ſecundò ad rei depoſitæ prætium, & æſtimationem, ſi quando hæres neſciens rem depoſitam pænes defunctum eam alienarit, nec poſsit redimere d. l. 1. §. fi. iuncta l. 2. & 3. ff. eo.

Eſt autem hæc actio in pluribus priuilegiata, & primò
3. propter exuberantiam fidei à deponente erga depoſitarium habitam: in depoſito non admittitur compenſatio: Ideò ſi cùm tibi certam ſummam deberem, apud te aliquid depoſuero, mihi agenti directa depositi actione ad reſtitutionem rei depositæ non obſtabit exceptio compenſationis l. pen. C. eo. c. fi. ex. eo. ſecundò in deposito non admittitur exceptio dominij d. l. pen. ibi, vel in rem. tertiò etiam latroni ſpolia deposita reſtituenda ſunt d. l. 1. §. si prædo & l. bona fides ff. eo. quartò in hac actione proceditur ſummariè nõ ſeruato ordine iudiciario, vt ad hoc ponderat Bart. tex. in d. l. pen. ibi, reddere illicò modis omnibus compellatur. &c. quintò Inſtrumentum depositi habet executionem paratam, sicut ſententia, vt not. Bart. in d. l. pen. per illum textum. ſextò in hac actione iuratur in litem, si depositarius rem depositam non reſtituat, d. l. 1. §. si rem depositam. ſeptimò, & vltimò depositum eſt priuilegiatum in hoc, quod condemnatum directa actione depositi infamat, l. 1. de his qui not. infam. l. qui depositam C. eo. Ratio eſt: quia agitur de fide rupta cùm rem in depositũ accipiendo quis videatur dare fidẽ ſuã de ea reſtituenda: vnde negando perfidiam committit d. c. fi. Sed hoc procedit primò, quando quis ſuo nomine conuictus fuit, ſecus si alieno, vt si hæres nomine

Bb defuncti

defuncti condemnaretur, sic limitat Caſtr. in d. l. qui depoſitum C. eo: nam cùm non ipſe, ſed defunctus fidem dederit, non efficitur perfidus, ergo nec infamis. ſecundò procedit; si ob dolum commiſſum fuerit condemnatus, aliàs non §. fi. ſupra de ſuſpec. tutor.
Contraria verò depoſiti actio datur depoſitario, & eius hæredibus aduerſus deponentem, & eius hæredes ad recuperandas impenſas, si quas vtiliter fecit in re depoſita, Item ad intereſſe, vt ſi ſeruum furem quis ſciens deponat, tenetur ad emendationem damni, quod à ſeruo paſſus eſt depoſitarius, & prout de his actionibus latè Infra in §. ſequens. de actionib. habetur. & hæc de depoſito vero, regulari, & voluntario. ſequitur nunc videndum

DE DEPOSITO CONFESSATO.

QVALITER CONTRAHATVR, ET in quibus differat à vero depoſito.

1. Priuilegia veri depoſiti, quòd competant pro depoſito confeſſato.
2. Exceptio non num. pecun., an competat pro depoſito confeſſato.
3. Modus agendi directa actione depoſiti ex depoſito confeſſato, ad illud repetendum.

DEpoſitum confeſſatum eſt, quod conſtat ſolùm per confeſsionem depoſitarij: veluti ſi re tunc non interueniente confeſſus quis fuerit in inſtrumento, chirographo, vel aliter rem aliquam anteà habuiſſe penes ſe depoſitam; quam fortaſsis non habuit, de quo eſt tex. in l. publia §. fi. ff. eo., ſic dictum ad differentiam veri depoſiti, in quo res actu interuenit. Eſt autem hoc depoſitum valdè quotidianum: quia propter priuilegia depoſiti ſtudet vnuſquiſq; deducere quemuis alium contractum in cauſſam depoſiti, cùm priuilegia veri
1. depoſiti, de quibus ſupra competant etiam pro depoſito

ſito confeſſato, vt de communi teſtatur Bel. hic in princ. Immò amplius eſt etiam priuilegiatum in hoc: quia licet de eo ſolùm conſtet per confeſsionem agenti; tamen directa actione depoſiti non obſtabit exceptio nō num. pecun. l. in contractibus. §. ſed quoniā. C. de non num. pecun. Ratio eſt ſecundum Bart. ibi, nu. 7.: quia depoſitarius non ſuſtinet niſi incommodum ex re depoſita: non.n. recipit rem ad ſuum commodum: ſed potius ad onus, vt cuſtodiat. Vnde non eſt veriſimile, quòd confiteatur penes ſe depoſitum ſub ſpe futuræ numerationis, niſi recepiſſet, quod tamen dicit ibi Caſtr. nu. 5. de mente Bal. procedere, niſi fuiſſet depoſita certa quantitas, vt pecunia ad numerum nō obſignata, qua de re Infra dicemus in ſequenti ſpecie depoſiti, & appareret, quòd in fraudem mutui fuiſſet facta confeſsio depoſiti; vt quia conſtaret pecuniam mutuo petitam, & quòd creditor voluit, vt confiteretur de depoſito: quia iſta eſſet cautela, & non prodeſſet, & ideò tunc competeret dicta exceptio Infra biennium, ſicut ſi eſſet confeſsio mutui, ne verbis potiusquàm rebus lex videatur impoſita, quod plurimum commendat ibi Caſtr., dicens eſſe valde vtile, & quotidianum.

2\. Differt. tamen a vero depoſito: primò in modo contrahendi inſpecto initio: quia alterum verum eſt, alterum confeſſatum. ſecundò differt: quia ex vero depoſito re obligatur depoſitarius ſtatim, cùm res actu interuenit, ſed ex confeſsione non oritur obligatio, ſed probatio tantùm, vt dicit tex. in l. publia §. fi. ff. eo. in his verbis. Reſpondi ex epiſtola, de qua quæritur obligationem quidem nullam natam videri: ſed probationem depoſitarum rerum impleri poſſe. Et ideò ſine actione videtur experiri, qui petit in libello aduerſarium condemnandum: vt quia confeſſus eſt rem penes ſe depoſitam, cùm confeſsio non ſit materia apta ad obligandum, & per conſequens, nec ad producendam actionem: ſed ad probandum tantùm. Ita firmat Caſtr. in l. certi condictio §. quoniam nu. 25. ſi cert. pet. Ideò opus eſt hoc caſu eum, qui vult agere ex huiuſmodi

confeſsione, dicere in libello rem verè fuiſſe depoſitam, & poſteà ad hoc probandum inducere confeſsionem, iuxta tradita per Bart. in l. 1. §. ſi quis ita. nu. 9. cum ibi additis, ff. de verb. oblig., & ſic tota vis conſiſtit in modo practicandi, vt ait Aret. in §. ſequens nu. 15. Infra de actio. & hæc de depoſito confeſſato. ſequitur nunc videndum.

DE DEPOSITO IRREGVLARI.

QVARE SIC APPELLETVR, ET qualiter contrahatur.

1. Depoſitum irregulare contrahitur, quando deponitur certa quantitas, vt pecunia ad numerum nõ obſignata.
2. In hac depoſiti ſpecie cenſetur tacitè data depoſitario licentia, vtendi re ſic depoſita.
3. Effectus iſtius depoſiti.
4. Lata diſtinctio ad cognoſcendum, quis contractus cẽſeatur celebratus mutuum ne, depoſitum, cõmodatum, precarium, aut contractus innominatus.

IRregulare depoſitum, quod ad differentiam regularis, ideò dicitur: quia egreditur regulas, & terminos depoſiti veri, & regularis, tunc contrahitur, quando depõnitur res aliqua pondere, numero, vel menſura conſtans: quia tunc ſi ad numerum, pondus, vel menſurã deponatur, præſumitur actum, vt depoſitarius ea vtatur: quæ res egreditur notiſsimos terminos veri depoſiti, de quibus ſupra: Ideò tunc oritur obligatio ad tan-
2. tumdem. Exemplum; ſi depoſuero pęnes te pecuniam non obſignatam in ſacculo (eſſet. n. regulare depoſitum, ſi obſignaretur l. ſi ſacculum, vbi Caſtr. ff. eo.) ad numerum tamquàm genus, tunc videor velle tibi dare licentiam ea vtendi, licet de hoc nihil actum fuerit: & pro-
3. pterea transfertur in te dominium pecuniæ depoſitæ,

ita

ita vt tenearis ad tantumdē in genere ſuo,& periculum caſus fortuiti ſpectet ad depoſitarium, adeò vt, licet agatur depoſiti inſpecto initio l. 1. §. idem Pomponius quærit .ff.eo. per omnia ſapiat naturam mutui, non depoſiti, vt de hoc eſt tex. in l. Lucius la prima,gloſ. poſt tex. in l. die ſponſaliorum, & d. l. Si ſacculum.ff.eo. ſic etiam probatur ex adductis per Dec.in l.contractus nu. 8. de reg. iur. Intereſt etiam, an habeat vim mutui, vel depoſiti ex alio, ſecundum Iaſ. in l. 2. ſi cert. pet. nu. 5. primò propter priuilegia depoſiti, de quibus ſupra, quæ non competunt mutuo. Secundò, quia contractus depoſiti eſt bonæ fidei.§.actionum,Infra de action:ideò in eo veniunt fructus, & intereſſe à tempore moræ; ſed mutuū eſt ſtricti iuris:ideò ex eo nō veniunt, nisi à tempore litis conteſtatę, & prout latius ibi per eum. Quod ſi expreſsè cautum eſſet, vt depoſitarius vteretur re ſic deposita, ſi vellet, demum cùm vtitur, efficitur mutuum, & agitur deinde ex mutuo .l. quod si ab initio. Si cert. pet.

Pro perfecta tamen doctrina, quando dubitatur quis con-
4. tractus cenſeatur celebratus, diſtinguite vltra gloſ. in d. l. die ſponſaliorum: Aut res, quæ deponitur eſt ſpecies: aut quantitas recipiens functionem in genere ſuo. primo caſu, Aut non conuenit, vt ea vteretur,& eſt depoſitum: Aut conuenit, vt vteretur, tunc ſi ſine mercede,eſt commodatum, quando ad certum vſum conceditur; ſed ſi ad incertum, eſt precarium. Si verò cū mercede, erit locatio; dum tamen merces fuerit conſtituta in pecunia, aliàs ſi alia in re conſtituatur, erit contractus innominatus. Secundo caſu, aut conuenit de vtendo, ſi velit, & erit mutuum, cùm vtetur: aut non conuenit: & tunc, aut datur obsignata tamquàm ſpecies, & eſt depositum; aut non datur obsignata,ſed ad numerum, pondus, vel menſuram, vti quantitas,& tunc præſumitur velle, quòd vtatur, & erit mutuum inſpecto effectu: quia ad tantumdem obligatur; ſed inſpecto initio erit depoſitum: Ideò agendum erit depoſiti, ſecundum gloſ. in d. l. die ſponſaliorum. & hæc

de

de depoſito irregulari. ſequitur nunc pro complemento videre.

DE DEPOSITO NECESSARIO.

QVALITER CONTRAHATVR, ET quomodo differat à voluntario.

1. Neceſſarium depoſitum, quod ſit priuilegiatius voluntario, & quare, & nu. ſeq.
2. Magis ſuccurritur facienti actum ex neceſsitate, quàm ſi ex voluntate fiat.

NEceſſarium depoſitum tunc contrahitur, quando quis ruinæ, tumultus, incendij, aut naufragij timore coactus rem aliquam deponit, quæ ſubiacet hiſce periculis. Sic dictum neceſſarium, ad differentiam voluntarij, quod nulla neceſsitate cogente contrahitur, A quo ſolùm differt quoad priuilegia: quia neceſſarium
1. eſt priuilegiatius voluntario in hoc: quia in caſu voluntarij, depoſitarius negans rem pęnes ſe depoſitam, conuictus de mendacio condemnatur in ſimplum; ſed in caſu neceſſarij condemnatur in duplum. §. ſequens, Infra de actio: & l. 1. §. 1. ff. eo. vbi I. C. aſsignat hanc
2. rationem differentiæ: quia magis ſuccurritur facienti actum ex neceſsitate, quàm ſi ex voluntate fiat. l. cùm mandato, vbi gloſ. de minor. Ratio rationis eſt: quia in caſu voluntarij, quis deliberatè deponit: Ideò poteſt eligere idoneam perſonam: Sibi igitur imputet ſi minus idoneum, & perfidum elegit, vt hic in tex., & ſimplo contentus ſit: ſed in caſu neceſſarij, non ita facilè quis poteſt ſibi fidum, & idoneum eligere: vnde in ſola fide depoſitarij non in propria diligentia confidit. cùm ergo maior fides verſetur in hoc depoſito, maior etiam erit depoſitum hoc caſu negantis perfidia; quare cùm creſcat crimen perfidiæ, creſcit, & pæna, argum. c. fi. ex. eo. Et hæc ad tex. in §. pręterea dixiſſe ſufficiat.

DE

DE PIGNORE EX §. creditor.

QVintus contractus, qui re celebratur, dicitur pignus à pugno eo, quod pugno, ſiue manu à debitore ipſi creditori pro cautione tradatur l. plebs §. pignus. de verb. ſign., de quo hic in tex. ſed priuſquàm ad hanc pignoris ſpeciem deſcendamus, ab vniuerſalibus primùm incipiendo, vt moris eſt, quæram in genere. Quid eſt pignus. Secundò quòtuplex ſit, & quæ ſint ſingulæ eius ſpecies.

PIGNVS QVID.

PIgnus in genere ſumptum, ex Hoſt. in ſum. de pignor. ita deſcribitur, vt ſit obligatio rei licitæ pro debito inita. Dixi obligatio rei, non autem traditio rei obligatæ, cum myſterio, vt comprahenderem, non modo proprium pignus, quod rei traditione contrahitur, ſed etiam improprium, quod ſolo conſenſu ſine rei traditione perficitur. Dixi rei licitæ, ad excludendas res, quæ pignorari non poſſunt, de quibus Infra dicemus circa generalem, & ſpecialem hypothecam.

PIGNVS QVOTVPLEX.

LIcet iſta duo nomina pignus, & hypotheca ſæpe in iure noſtro confundantur; propriè tamen loquendo dici poteſt; quòd pignus duobus potiſsimùm contrahitur modis, conſenſu ſcilicet, quod proprio nomine dicitur hypotheca, & rei traditione, quod ꝓpriè dicitur pignus, adeò vt duplex ſit pignus, quorum alterũ dicitur HYPOTHECA. alterum verò PIGNVS PROPRIVM. Vidaemus nunc, quæ ſint ſingulæ eius ſpecies, & primò.

DE

DE HYPOTHECA.

AD intelligentiam erit nobis videndum de duobus: Primò vnde dicatur Hypotheca, & quid ſit. Secundò quotuplex ſit, & quæ ſint ſingulæ eius ſpecies.

HYPOTHECA VNDE DICATVR, & quid ſit.

HYPOTHECA eſt nomen græcum, quod componitur ex hypos, quod eſt ſub, & theca, quod eſt poſitio: quaſi quædam ſuppoſitio, vel obligatio rerum, & ideò hypotheca dicitur ſuppoſitio, vt in l. cum tabernam .ff. de pignor. & idem eſt ſupponere, quod obligare, vt probatur ex rubr. ff. de rebus eorum, qui ſub tutela, vel cura ſunt, ſine decreto non alienandis, vel ſupponendis, vbi illud participium ſupponendis, ponitur ꝓ obligandis, vel hypothecandis, vt probatur ex l. 1. §. fin., & l. ſeq. eo. tit. vbi habetur, quòd res pupillorum, vel minorum non poſſunt alienari, nec pignorari. HYPOTHECA igitur nihil aliud eſt, quàm obligatio rerum, & ideò dicitur ius in re, ſiue ius reale, vel actio realis: quia per illam non obligatur perſona debitoris, ſed res .l. pignoris .ff. de pignor. & ſequitur fundum, & datur contra poſſeſſorem rei obligatæ .l. ſi fundus .§. in venditione .ff. de pignor.

HYPOTHECA QVOTVPLEX.

DVplex eſt hypotheca: EXPRESSA ſcilicet, & TACITA. videamus nunc, quæ ſint ſingulæ eius ſpecies, & primò.

DE HIPOTHECA EXPRESSA.

AD eius intelligentiam erit nobis videndum de duobus: primò quid ſit. ſecundò quotuplex ſit, & quæ ſint ſingulæ eius ſpecies.

Quid

QVID SIT HYPOTHECA EXPRESSA.

Expreſſa hypotheca eſt obligatio rerum verbis expreſſis contracta; veluti quando debitor obligat creditori aliquam rem ad hoc, vt magis in tuto ſit creditum: dicta expreſſa ad differentiam tacitæ, quæ à lege ſine hominis facto tacitè inducitur, de qua Infra dicemus.

QVOTVPLEX SIT.

Expreſſa hypotheca eſt duplex: GENERALIS ſcilicet, & SPECIALIS. Videamus nunc, quæ ſint ſingulæ eius ſpecies, & primò.

DE GENERALI, ET EXPRESSA HYPOTHECA.

Ad cuius intelligentiam erit nobis videndum de duobus: primò qualiter, & quando contrahatur. ſecundò, quæ in generali hypotheca, & obligatione bonorum comprehendantur.

QVALITER, ET QVANDO contrahatur.

Generalis, & expreſſa hypotheca tunc contrahitur, quando quis omnia bona ſua obligauit, & hypothecauit: quod eſt quotidianum apud notarios, quatenus in confectione inſtrumentorum conſueuerunt pro obſeruatione inſtrumentorum, ſiue contentorum in eis, apponere hanc clauſulam, ſub obligatione omnium bonorum.

QVAE IN GENERALI HYPOTHECA, & obligatione bonorum comprǽhendantur, vel non.

1. Generalis hypotheca, quòd futura comprǽhendat.
2. Conſtituti clauſula, quòd extendatur ad bona futura.
3. Futura ſunt incerta, & poſsideri non poſſunt.
4. In obligatione bonorum futurorum, quòd inſit tacita conditio, ſi ſua futura ſint.
5. Effectus verborum, ex nunc, prout ex tunc,
6. Quando generalis obligatio bonorum futura comprǽhendat.
7. Quæ pecunia, ſub generali obligatione compræhendatur.
8. Quæ merces compræhendantur in generali obligatione bonorum.
9. Quòd bona emphyteutica, ſub generali obligatione compræhendantur.
10. Quando generalis obligatio rem locatam compręhendat, & venditam.
11. Bona dotalia non compræhenduntur in generali obligatione. Item bona ſubiecta reſtitutioni fideicomiſſi, vt nu. 12. Item bona feudalia nu. 13. bona prohibita alienari ſub pœna, nu. 14. bona liuellaria nu. 15. bona hæredis eius, qui obligat, & hypothecat, num. 16. Ius patronatus, num. 17. res litigioſa, num. 18. boues, & aratra, num. 19. bona vſui quotidiano deſtinata, & quæ nullus veriſimiliter in ſpecie fuiſſet obligatus, num. 20.

HOc caſu conſtituenda eſt regula cum ampliationib. & limit. Regula ergo erit, quòd ſub generali obligatione bonorum compræhendantur prę ſentia, & futura bona. tex. eſt in l. fi. C. quæ res pign. oblig. poſ. Amplio primò procedere, licet non fuerit adiectum pronomen ſua, ſed ſimpliciter dictum, obligauit omnia bona: quia etiam hoc caſu compræhenduntur, tam præſentia, quàm futura, vt not. Bart. per illum tex. in

l. 1.

l. 1. ff. de pignor. ſecundò licet in obligatione fuerit adiecta clauſula conſtituti, dum dicitur, quæ bona
2. obligata debitor conſtituit ſe tenere, & poſsidere nomine, & vice ipſius creditoris &c. Nam quāuis clauſula iſta videatur ſolùm poſſe referri ad bona præſentia, cùm verba conſtituti ſonent in tempus præſens: quia futura
3. ſunt incerta, & poſsideri non poſſunt. l. 3. §. 1. de acq. poſ. Tamen quia incertitudo militat ſolùm ante acquiſitionem, poſt acquiſitionem verò bona dicuntur certa,
4. & obligatio futurorum cenſetur facta ſub tacita conditione, ſi ſua futura ſint. l. interdum in princ. de verb. oblig., & l. nec emptio. de contr. emp. not. Rip. poſt alios in l. 1. in princ. ff. de pign. Item quia conſtitutū regulatur ſecundum naturam obligationis, cui adijcitur l. id quod ſub conditione. ff. de conſt. pecun. ideò ſicut obligatio generis futura comprehendit, ita & conſtitutum, ſecundùm magis communem opinionem, cuius teſtis eſt Iaſ. in l. 3. §. incerta de acq. poſ.
5. num. 16. Et hoc fortius procederet, ſi in conſtituto fuiſſet adiecta clauſula ex nunc, prout ex tunc, quæ operatur, vt conſtitutum trahatur ad ea, quæ non poſsidebantur tempore conſtituti; tanti .n. effectus eſt hæc clauſula, vt faciat, quòd vnum tempus cenſeatur ineſſe alteri, vt not. Alexan. in l. huiuſmodi la
6. 2. nu. 3. de verb. oblig. tertiò. Amplio procedere etiam in nominibus debitorum ipſius debitoris obligati, tex. eſt in l. nomen vbi DD. C. quæ res pign. oblig. poſ. not. Bart. in l. quintus la 2. §. argento num. 2. de auro & argento leg. Dum tamen obligatio fiat ſimpliciter: quia ſi obligarentur expreſsè mobilia, & immobilia non comprehenderentur eo caſu iura, & actiones, ſiue nomina debitorū l. à Diuo Pio §. in venditione, de re iud. quartò
7. Amplio procedere in pecunia debitoris aliunde tamen habita, quàm à creditore, cui obligantur bona tex. vbi Bart. in l. cum tabernam §. fi. de pignor. ponderando ibi verbum ab alio, Ratio eſt: quia dicta pecunia, ob quā fit obligatio, fuit conceſſa ad hoc, vt creditor poſsit ſua extricare negotia; ideò non eſt veriſimile, quòd debitor

voluerit eam comprehendi in hac obligatione: quia eo modo poſſet per creditorē impediri, ne ea vteretur, ita
8. firmat Bal. in l. obligatione generali ff. de pign. & hyp. quintò in mercibus venalibus, Dum tamen obligatio generalis non ſit reſtricta ad certum locum, vt not. Bal. in l. cū tabernā in princ. de pignor. Bart. in l. generali §.
9. vxori, de vſufruc. leg. ſextò in bonis emphyteuticis tex. eſt in l. lex vectigali. ff. de pign. & firmat poſt alios Rip. in d. l. conuentio generalis nu. 10., vbi dicit de honeſtate hoc caſu requirēdum eſſe dominū, an velit ſibi eamdem pecuniæ ſummam mutuare, quam ab alio inuenit: quia tunc eſſet præferendus dominus, vt ibi per eum.
10. Septimò, & vltimò amplio procedere etiam in re locata, & vendita: nam quando locator, & venditor pro obſeruantia cōtractus obligauit omnia bona, pariter quando emptor obligauit omnia bona ꝑ ſolutione pretij, aut obſeruatione pacti de retrouendendo; tunc ſub huiuſmodi obligatione veniunt etiam res locata, & vendita, vt not. Bart. in l. qui fundum. ff. locati in l. ſi filio. §. fi. ff. ſol. matrim. in l. 1. §. qui ait ff. de ſuperficieb., & Caſtr. in l. ſi merces. §. 1. ff. locat.

Fallit nunc prædicta cōcluſio, ſic vt ſupra ampliata, in ali-
11. quibus caſibus. primo in bonis dotalibus, quæ nec etiam conſentiente vxore, poſſunt hypothecari, l. vnica §. & cum lex C. de rei vx. actio. §. 1. ſupra, quibus alienare licet, vel non, Alexander in l. ſi conſtante. §. ſi maritus num. 3. ff. ſol. matrim. Auth. ſiue à me. C. ad Vel.
12. Secūdo in bonis ſubiectis reſtitutioni fideicōmiſsi, quę non ſolum in generali, ſed nec etiam in ſpeciali obligatione poſſunt comprehendi, tex. vbi DD. in l. fi. §. ſed
13. quia noſtra, C. communia, de leg. tertio, in bonis feudalibus c. 1. in princ. de prohib. feud. alien. ꝑ Feder. not. Rip. in l. obligatione num. 36. ff. de pignor. Niſi ipſi domino vaſſallus obligaret feudum, vel etiam alteri ꝑ
14. ſeruitijs domini, idem Ripa num. 38. Quarto in bonis prohibitis alienari ſub pœna. not. Bart. in l. codicillis. §. inſtituto, de leg. 2. Bal. poſt Bart. in l. 1. C. quæ
15. res pign. oblig. poſſ. Quinto in bonis liuellaribus, vt

not.

not. Alexander in d. l. ſi conſtante, num. 26. Ang. in
Auth. de reſtit. & ea quæ parit in xi. menſe in princ.
Quis verò dicatur contractus libellarius, & quomodo
differat ab emphyteutico, cenſuali locatione, & alijs
quàm pluribus, vide pulchre Bal. in rub. C. de Iure em-
16. phyt. Sexto in bonis hæredis eius, qui obligat, & hypo-
thecat non ad bona ſolius defuncti porrigitur generalis
hypotheca, tex. eſt in l. Paulus i princ. de pignor. glòſ. vbi
17. Scrib. in l. aſsiduis C. qui potior. in pign. hab. Septi-
mo in iure patronatus, quod quis habet c. cum Bertol-
18. dus, & ibi Abb. de re iud. Octauo in re litigioſa cū neq;
poſsit obligari in ſpecie l. 1. §. fi. ff. quæ res pign. oblig.
19. poſ. Rip. in d. l. obligatione num. 56. de pign. Nono in
bobus, & aratris, cum etiam in ſpecie obligari, & capi
20. prohibeantur l. executores C. quæ res pign. Decimo,
& vltimo fallit in bonis, quæ veriſimiliter nullus in ſpe-
cie fuiſſet obligaturus qualia ſunt ea, quæ vſui quo-
tidiano ſunt deſtinata, vt ſupellex, & cætera huiuſ-
modi, ad vſum quotidianum neceſſaria d. l. obligatio-
ne generali, cum tribus ſeq. ll. ff. de pign. & de his la-
tiùs per Neguſ. tract. pign. in ſecundo membro, ſecun-
dæ partis, & hæc de generali hypotheca, ſequitur nunc
videndum.

DE SPECIALI, ET EXPRESSA HYPOTHECA.

AD eius intelligentiam, erit nobis videndum de tri-
bus. Primò qualiter, & quando contrahitur. Se-
cundò, quæ expreſsè, & in ſpecie obligati poſsint, vel
non. Tertiò, & vltimò, in quibus differat à generali.

QVALITER, ET QVANDO contrahatur.

HYpotheca ſpecialis tunc contrahitur, quando res ali-
qua expreſsè, & in ſpecie obligatur, quod dictam poteſt
extendi

extendi ad hypothecam, & obligationem bonorum prę ſentium l. & quæ nondum §. quæ dicitur, vbi gloſ. verſ. ſpecialiter ff. de pignor. ad differentiam generalis hypothecæ, quæ etiam futura compræhendit, vt ſupra dictum eſt, qui ergo bona tantùm præſentia non futura obligat, dicitur contrahere ſpecialem hypot:

QVAE SPECIALITER, ET EXPRESSE pignori, & hypothecæ obligari poſſint, vel non.

1. Quod quis habet in bonis pignori, & hypothecæ poteſt obligare.
2. Qualiter bona futura pignori, & hypothecæ in ſpecie obligari poſsint.
3. Etiam incorporalia pignori, & hypothecæ obligantur: item bona communia num. 4.
5. Res, quæ non ſunt in hominum cõmercio non obligantur. item liberi homines num. 6.
7. Res pupillares ſine decreto iudicis non obligãtur.
8. Res litigioſæ non poſſunt obligari, nec inſtrumenta ruſtica, vt boues, & aratra num. 9. Item nec ſeruitutes vrbanorum prædiorum num: 10.
11. Quando res aliena poſsit obligari, vel non, & num. 12., & quid ſi poſt obligationẽ contractã ſuperuenerit in dominio debitoris, an valeat dicta obligatio, num. 13.
14. Quòd non liceat detegere turpitudinem ſuam: ſed iam detectam allegare.
15. Sciens non decipitur; ſed ſeipſum decipit.

IN hac quæſtione conſtituenda eſt regula, vt ea omnia, quæ in bonis noſtris ſunt pignori, & hypothecæ, obligari poſsint l. quæ prædium C. ſi aliena res pign. data ſit l. qui filios C. quæ res pign. oblig. poſ. not. gloſ. verſ. dotis l. ſi is q §. vſusfructus ff. de pignor. Amplio primò
2. pcedere, non ſolùm in bonis pręſentibus, ſed etiã futuris, veluti fructus pendentes, partus ancillarum, fœtus pecorum

pecorum l. quæ nondum ff. de pign. quod intelligendũ
eſt, dummodo illæ res principales, ex quib. res futuræ
naſcituræ ſunt, ſint in bonis debitoris, vt not. poſt tex. in
3. l. potior §. ſi de futura ff. qui potior. in pign. hab. ſecun-
dò, vt procedat, non ſolum in rebus corporalibus; ſed
etiam in incorporalib., vt ſunt nomina debitorum l. no-
men. C. quæ res pign. Item ſeruitutes perſonales, vt
vſus, vſusfructus, illa ſcilicet commoditas, quæ eſt apud
debitorem vtendi, fruendi poteſt pignori, & hypothecæ
obligari l. ſi is qui §. vſusfructus ff. de pignor. tertiò, &
4. vltimò in rebus comunibus: poſſunt enim res commu-
nes pro parte propria, non autem pro parte ſocij obli-
5. gari l. vnica C. ſi res communis pignori data ſit. Fallit
prædicta regula primò in rebus, quæ non ſunt in homi-
num commercio, quæ pign. obligari non poſſunt, vt ſunt
res ſacræ, religioſæ, & ſanctæ l. 3. C. quæ res pign. oblig.
6. poſs. l. ſancimus C. de ſacroſanctis eccleſ. ſecundò in
7. liberis hominibus, vt filiis fam. l. qui filios C. quæ res
pig. tertiò in rebus pupillarib., quæ regulariter ſine de-
creto iudicis non obligantur l. 1. in princ. & ibi gloſ. ff.
8. quæ res pign. quartò in reb. litigioſis, quæ ſicut alienari
non poſſunt, ita nec pignori obligari l. 1. §. fin. ff. quæ
9. res pign. quintò in inſtrumentis ruſticis deputatis ad
agriculturam, vt bobus, & aratris l. pignus, cum auth.
10. ſeq. C. quæ res pignor. ſextò in ſeruitutibus vrbanorum
prędiorum, ne illarum mutatione deformetur aſpectus
vrbis: nam non eſt æquum, vt ſoluto debito is, qui im-
miſsit tignum, cogi poſsit ad illud tollendum defor-
mando ędificium l. ſi. bis §. fin. de pign. vbi tamen ceſ-
ſaret ratio deformitatis, ceſſabit etiam prædicta fallen-
11. tia. ſeptimò fallit in re prorſus aliena, d. l. qui filios, &
toto tit. C. ſi aliena res pign. niſi debitor eam obligaret
ſub conditione, ſi ſua erit l. ſi fundus §. aliena ff. eo., aut
dominus conſenſerit obligationi l. aliena res, de pign.
actio: vel ratam haberet huiuſmodi obligationem l. ſi
fundus §. 1. ff. de pign: nam licet aliàs valeat argumen-
tum de venditione ad pignus, ita vt quicquid vendi po-
teſt, poſsit etiam pignori obligari l. ſed & quod §. 1. ff.

co.

eo.& l. 1.ff. quæ res pign. ibi eam rem, quam quis emere non poteſt, iure pignoris accipere non poteſt: in hoc tamen non procedit argumentum, cùm valeat venditio rei alienæ l. rem alienã, de contr. emp. ſed non pignoris obligatio, vt ſupra dixi, & not. gloſ. in d. l. ſed & quod: Ratio differentiæ eſt: quia in pignore oportet quod conſtituatur ius in re, ideſt obligetur ipſa res, quæ cùm ſit aliena, non poteſt obligari, vt ſupra: ſed in venditione ſolùm obligatur perſona pro euictione, & ad quamdam aſininam poſſeſsionem tradendam, & ſic eſt ius in perſona conſtitutum, quod fieri poteſt; licet res ſit aliena, vt tradit gloſ. in d. l. rem alienam, firmat Rip. in l. conuentio, num. 14. eo. tit., vbi recitat pulchrum effectum inde reſultantem.

Quòd ſi res pignori obligata nõ eſſet prorſus aliena; velu-
12. ti ſi debitori eam obligati eſſet debita; aut hypothecata, vel debitor aliquod ius in ea re haberet, tunc in eo iure valeret pignus, vt firmat Bart. poſt gloſ. magnam in d. l. 1. in princ. vbi Rip. num. 14.ff. eo. ſi verò poſt
13. obligationem contractam huiuſmodi res aliena peruenerit in dominio, vel quaſi ipſius debitoris; tunc eſt diſtinguendum, aut creditor tempore obligationis contractæ, ſciuit rem eſſe alienam, & non habet hypothecariam actionem aduerſus debitorem ad rem hypothecatam conſequendam; ſed pignoris retentionem tantum ſi poſsideat; aut creditor ignorauit, & tunc dabitur hypothecaria l. rem alienã, de pignor. actio. Ita diſtinguit gloſ. magna in d. l. 1. in princ, & ibi plenè per
14. Bart. Ratio differentiæ inter creditorem ſcientem, & ignorantem rem obligatam eſſe alienam eſt: quia poſteriore caſu ſi aduerſus creditorem agentem hypothecaria, debitor referat quęſtionem dominij, dicẽdo ſe tempore obligationis contractæ non fuiſſe dominum, detegeret turpitudinem ſuam, quod non licet l. ſi creditoribus C. de ſeruo pign. dato manum. & eſſet ſibi cõtrarius, & argueretur de mendacio, & de dolo, cùm eam obligando tacitè fateatur propriam. ſed priore caſu quando creditor ſciuit, tunc licet debitor referat quęſtionem

dominij

dominij non tamen dicitur detegere turpitudinem ſuã quia creditor iam ſciuerat turpitudinem ſed detectam allegare quod licet l. iuſiurandum quod ex conuentione §. procurator iure iur: c. inter dilectos fide inſtrum. & ideò creditor hoc caſu non poterit replicare de dolo
15. quod dolosè rem alienam obligarit vt ipſum deciperet quia ſciens non decipitur ſed ſe ipſum decipit l. cum donationis C. tranſac. l. 1. §. vſq; adeò ff. iniur. firmat Rip. in d. l. 1. num. 20.

IN QVIBVS DIFFERAT A GENERali hypotheca.

1. Plus iuris conſtituitur creditori per ſpecialem quam per generalem hypothecam.
2. An & quando res hypothecata pacto non obſtante poſsit per creditorem alienari.

EX proximiè dictis reſultat prima differentia, inter hypothecam generalem, & ſpecialem: quia ad eſſentiã ſpecialis, requiritur regulariter, quòd tempore obligationis contractæ res fuerit in bonis debitoris. d. l. 1. in princ: ſed ad eſſentiam generalis ſecus, cùm in ea compræhendantur bona tàm preſentia quam futura, vt ſupra circa generalem hypothecam dictum eſt.

Reſultat, & ſecunda quia ſi agatur ex ſpeciali hypotheca, debitor non poteſt refricare quæſtionem dominij, & prout ſupra: ſed ſi agatur hypothecaria, ex generali hypotheca debitor benè poteſt refricare quæſtionem dominij, dicendo ſe non eſſe dominum illius rei, ad quam agitur, & hoc modo debitor non conuincitur de mendacio, minuſq; poterit contra eum repplicari de dolo; cùm obligauerit bona ſua in genere, & eſſe poſsit, quod iſta res, ad quam agitur non fuerit compræhenſa in generali obligatione quo caſu creditor volens in cauſſa obtinere habebit probare de dominio directo, vtili, vel quaſi dominio ipſius debitoris in re petita.

Tertia differentia eſt: quia prælatus eccleſiæ in contractib.

1. per eum factis, non poteſt res particulares obligare, per ea, quæ habentur in c. nulli, de reb. eccleſ. non alien.: in contractib. tamen ei permiſsis, poteſt generaliter hypothecare, abſq; traditione illorum, vt probat tex. in d. c. nulli à contrario ſenſu, & ibi Abb. Ratio diuerſitatis adducitur per gloſ. in §. nos igitur verſ. ſpecialis, & in verſ. creditoribus Auth. de non alien.: quia plus iuris conſtituitur creditori per ſpecialem hypothecam, quàm per generalem; & ideò dicit ibi gloſ. quòd mancipia, licet generaliter obligata poſſunt manumitti, ſecus ſi ſpecialiter. l. 3. C. de ſeruo pign. dato manumiſs. Quarta differentia eſt, quòd non obſtante pacto, quòd pignus,
2. vel hypotheca alienari non poſsit: valebit tamen alienatio alicuius rei, ſub generali hypotheca comprænhenſæ, quod ſecus eſt in ſpeciali, in qua pactum erit omninò ſeruandum. ita intelligitur textus magis communiter, ſecundum Negus. latè de hoc differentem in tract. de pigno. primo membro ſecundæ partis num. 5. in l. ſi creditor §. fi. de diſtrac. pign. & hæc hactenus de hypotheca expreſſa. ſequitur nunc videndum,

DE TACITA HYPOTHECA

AD eius intelligentiam erit nobis videndum de duobus: primo quid ſit, & in quibus caſibus conſtituatur. ſecundo quotuplex ſit, & quomodo differant ſingulæ eius ſpecies.

QVID SIT, ET IN QVIBVS caſibus conſtituatur.

1. Pupillus, & minor habent tacitam hypothecam in bonis tutoris, & curatoris, & quando habere incipiant. num. 2.
3. Vxor habet tacitam hypothecam in bonis mariti, & econtra maritus in bonis vxoris, vel alterius dotantis.
4. Mortuo marito, quòd vxor poſsit remanere pro-

pria

pria auctoritate in detentione domus, quam cum marito inhabitabat; donec ei dos ſoluatur.

5. Locator habet tacitam hypothecam in bonis inue-ctis in prædium conductum.

Tacita hypotheca eſt, quæ tacitè non à iudice, neq; ex partium expreſſa conuentione, ſed ex legis diſpoſitione conſtituitur: dicta tacita ad differentiam expreſſæ, quæ ex partium expreſſa conuentione ipſam rem hypothecatam reſpiciente conſtituitur; & hæc alio nomine dicitur legale pignus: quia ex legis diſpoſitione conſtituitur, ſine hominis facto (licet propriè ſit hypotheca: quia in ea non interuenit rei hypothecatæ traditio): nam licet de hoc nihil inter partes actum ſit: tamen lex in quibuſdam caſibus tacitam hypothecã conſtituit: vt per totum tit. ff., & C. in quibus cauſis pignus, vel hypotheca tacitè conſt. qua ratione poterit comprehendi, quæ per ſtatutum ciuitatis conſtituitur. Plures autem ſunt caſus, in quibus hæc hypotheca tacitè
1. conſtituitur, de quibus in dicto tit., quorum primus eſt, in bonis tutoris, & curatoris, quæ tacitè pupillis, & minoribus pro malè adminiſtratis, & neglectis, circa munus tutelæ, vel curæ ſunt hypothecata l. pro officio
2. C. de adm. tut. vbi gloſ. Bal. Sal., & alij quàm plures tenent hanc hypothecam tunc incipere; quando quis incipit eſſe tutor, vel curator, non autem quando inci-
3. pit malè adminiſtrare. Secundus caſus eſt in dote, pro cuius ſolutione bona vxoris, vel alterius dotantis ſunt tacitè, ſine facto hominis hypothecata marito, & econtra pro eius reſtitutione bona mariti, vel eius patris conſentientis filio in receptione dotis, iuxta terminos l. Si cum dotem. §. tranſgrediamur. ff. ſol. matrim., & ibi Bart., & DD. tacitè ſunt hypothecata vxori à lege, abſq; hominis facto ſtatim poſt contractum matrimonium, vt
4. de hoc eſt tex. in l. vnic. §. & vt plenius C. de rei vxor. actio. adeò vt mortuo marito, vxor poſſit propria auctoritate, abſq; licentia iudicis remanere in detentione domus, quam cum marito inhabitabat; donec ei dos

reſtituatur, vt inquit Bal. in l. pen. C. de pignor. actio. refert, & ſequitur Iaſ. in §. item ſeruiana. num. 72. Infra actio. Tertius caſus eſt in bonis illatis, & inuectis in
5. prædium conductum, quæ tacitè ſunt obligata, & hypothecata pro penſione, & deterioratione prædij locati. l. eo iure .ff. in quibus cauſ. pign. tac. contra .l. certi iuris. C. locati, & .§. item ſeruiana. Infra de actio. vbi ſcrib. Plures caſus, in quibus hæc tacita hypotheca conſtituitur; vſq; ad num. 25. caſuum vide per Neguſ. in trac. de pignor. Quarto membro, ſecundæ partis, & per Azon. in ſum. C. in quibus cauſ. pign.

QVOTVPLEX SIT TACITA HYPOTHECA, & quomodo inter ſe differant ſingulæ eius ſpecies.

1. Tacita hypotheca dupliciter conſtituitur, ſine facto, & cum facto hominis.
2. Recitantur duæ differentiæ, inter haſce duas hypothecæ ſpecies, & nu. 3.
4. Locator poteſt bona in prædium inuecta capere auctoritate propria, & quare.

DVplex eſt hypotheca tacita: quædam .n. tacitè à lege conſtituitur facto hominis, circa hypothecam ipſam,
1. vel quod ipſam hypothecam reſpiciat non interueniente, prout in bonis mariti, & vxoris: nam ſimultaq; contractum eſt matrimonium, bona hinc inde ſunt tacitè obligata vtſupra; quædam verò tacitè conſtituitur à lege: ita tamen ſi factum hominis interuenerit, vt in caſu locationis, & conductionis, vbi vltra contractum locationis requiritur, quod bona inferantur à conductore in prædium conductum ad hoc, vt tacitè ſiut hypothecata .l. 3., & 4. ff. & l. ſi non inducta C. in quibus cauſ. pign.

Differunt iſtæ duæ ſpecies ad inuicem in duobus potiſſi-
2. mum: Primo quia tacitè hypothecata à lege facta hominis interueniente, ſi alienantur non tranſeunt cum onere hypothecæ, niſi vltra contractum locationis, ſequatur

tur etiam incluſio ipſorum bonorum, & ſic factum hominis l. eſt differentia ff. in quib. cauſ. pign. Ratio eſt: quia priuſquam inferantur non ſunt hypothecata vt ſupra; ſed hypothecata ſine hominis facto, ſi alienantur, tranſeunt cum onere hypothecæ, quod etiam procedit
3. in expreſsè, ſiue generaliter, ſiue ſpecialiter hypothecatis l. ſi debitor C. de diſtrac. pign. ſecundo differunt, quoad effectum, quia locator poteſt propria auctoritate bona vt ſupra illata auferre caſu, quo inquilinus, vel colonus ceſſaret à ſolutione penſionis l. vtiq; de dam. infec. vnde etiam quæritur numquid poſsint etiam pro alio debito per locatorem retineri, de quo per Iaſ. in d. §. item ſeruiana, num. 22, vbi Aret. num. 5. ſed alij creditores habentes tacitas, vel etiam expreſſas hypothecas, non poſſunt propria auctoritate capere bona debitoris obligata, ſiue hypothecata, immò ſi capiant incidunt in edictum diui Marci: ius .n. crediti amittunt l. extat ff. quod met. cauſſa l. pen. C. de pign. actio.

Ratio diuerſitatis eſt duplex: prima quia eo ipſo, quod bona includuntur videntur tacitè tradi locatori, & ſic nulla vis dicitur per ipſum committi auferendo. ſecun-
4. da ratio eſt: quia locator poſt factam bonorum incluſionem prædictam dicitur ipſa bona incluſa poſsidere l. ſolutum §. ſolutam ff. pign. actio: ideo poteſt ea capere propria auctoritate, quod non eſt in alijs hypothecis, quæ non includuntur, vel non traduntur, vt de his latè poſt alios Iaſ. in d. §. Item ſeruiana. num. 77. cum ſeq., & hæc de hypotheca. ſequitur nunc videndum.

DE PROPRIO PIGNORE,

QVOD SCILICET REI TRADItione contrahitur.

AD eius intelligentiam erit nobis videndum de duobus: primo qualiter, & quando contrahatur, & quomodo differat ab hypotheca. ſecundo quotuplex ſit, & quæ ſint ſingulæ eius ſpecies.

QVALITER

QVALITER, ET QVANDO PIGNVS propriè contrahatur, & quomodo differat ab hypotheca.

1. Prima differentia inter pignus, & hypothecam.
2. Secunda recitatur differentia.
3. Recitantur quinq; differentiæ inter hypothecariam, & pignoratitiam actionem, ibi num. 4. 5. 6. 7. & 8.

Pignus propriè ſumptum tunc contrahitur: quando rei, quæ pignoratur non ſola obligatio, ſed eius quoq; traditio interuenit, aut in poſſeſsionem immiſsio, vt in caſibus, de quibus Infra, & dicitur pignus à pugno, eo, quod pugno, ſiue manu tradatur l. plebs §. pignus.
1. de verb. ſign. vnde ſequitur, quòd prima differentia inter pignus, & hypothecam in traditione conſiſtat: Nam quia quando res obligatur creditori ſola conuentione abſq; eius traditione; tunc contrahitur hypotheca: ideo frequentius in rebus immobilibus conſtituitur, quæ propriè manu non traduntur, ſi verò traditio interuenerit, tunc contrahitur pignus, quod vt plurimum conſiſtit in re mobili: vt quia pugno, vel manu traditur d. l. plebs §. pignus. de verb. ſign. licet ſit etiam dare traditionem rei immobilis, vt Infra in 3. requiſito pignoris conuentionalis dicemus. Adeò vt ſi tibi ſola conuentione fundum obligauero, erit hypotheca, ſi verò rei traditio, ſeu miſsio in poſſeſsionem interuenerit erit contractum pignus, tex. eſt in l. ſi rem alienam §. propriè ff. de pign. actio. vbi dicit I. C. propriè pignus dicimus, quod ad creditorem tranſit, hypothecam autem cùm non tranſit, nec poſſeſsio ad cre-
2. ditorem. Vnde ſequitur, & ſecunda differentia, quòd debitor hypothecam poſsideat naturaliter, & ciuiliter. creditor verò ſolùm habeat rem ſibi obligatam, & ſic ius in re. pignus verò à creditore, & naturaliter, & ciuiliter poſsideatur, licet fructus pignoris computentur

in ſortem

in ſortem. l. 1. & 2. C. de pign. actio. ita vt facilè dici poſsit, vt habetur in. l. res hypothecæ. §. inter pignus ff. eo. quod inter pignus, & hypothecam tantùm nominis ſonus differat, & dicit tex. in §. item ſeruiana, In-
3. fra de actio. licet inter hypohecariam, & pignoratitiã ſit dare aliquam ſubſtantialem differentiam, de qua per DD. in d. §. item ſeruiana, vbi gloſ. verb. nihil in-
4. tereſt. Differunt .n. primò in hoc, quod hypothecaria eſt realis, ideò datur contra extraneum poſsidentem rem hypothecatam pro eius poſſeſsione adipiſcenda .l. pignoris ff. eo. pignoratitia verò eſt perſonalis, ideò datur ſolùm contra perſonam obligatam ad repetendum pignus ſoluto creditori debito, vt hic, & l. fin. C.
5. de diſtrac. pig. ſecundò pignoratitia eſt bonæ fidei, hypothecaria ſtricti iuris. gloſ. in §. actionum, verſ. pi-
6. gnoratitia, Infra de actio. tertiò pignoratitia vtilior eſt, & plenius prouidet, cùm ſit duplex, directa, quæ datur debitori ad repetendum pignus, & contraria, quæ datur creditori ad repetendas expenſas in re pignorata factas. l. ſi neceſſarias in princ. de pignor. actio. hypothecaria verò datur ſoli creditori pro iure, quod habet
7. in re. quartò pignoratitia cùm ſit perſonalis, durat 30. annis. l. ſicut C. de præſcrip. 30., vel 40. an. ita vt ſi poſt debiti ſolutionem, debitor per 30. annos ſteterit, antequàm pignoratitiam directam pro pignore repetendo intentarit, cadit à iure ſuo. an verò talis præſcriptio procedat de iure can: vt quia creditor præſcribens, habet ſcientiã rei alienæ, & ſic malam fidem, vide Neguſ. in trac. de pignor. ſecundo membro ſextæ partis. num. 21. hypothecaria verò interdum 10. annis præſcribitur, veluti quando tertius poſſeſſor tenet hypothecam cum titulo: tunc actioni hypothecariæ præſcribitur decem annis inter præſentes, viginti inter abſentes. l. 1. & 2. C. ſi aduerſus creditor. interdum 30. annis præſcrbitur, vt quando tertius poſsidet ſine titulo. l. cum notiſsimi in princ. C. de præſcrip. 30. an. interdum verò huiuſmodi actioni 40. tantùm annis præſcribitur, vt quando debitor poſsidet, vel eius hæredes

d. l. cum

d. l. cum notiſsimi §. quod ob rem, de quo latius ibi p gloſ. verſ. ſpatijs:ſed hoc etiam in caſu de iure can. non procedit pſcriptio propter malam fidem preſcribētis, vt communiter traditur per can. in c. fin. de præſcrip. Quintò, & vltimo differunt pignoratitia, & hypothecaria: quia quando eſt contracta hypotheca creditor regulariter non poteſt agere cōtra extraneum poſſeſſorem poſsidentem rem hypothecatam, non facta prius excuſsione contra principalem debitorem. Auth. hoc ſi debitor .C. de pignor. Auth. ſed hodie .C. de actio. & oblig. ſed quando eſt contractum pignus: vt quia creditori traditū, ſi poſtea cadat a poſſeſsione ſua culpa, vel caſu fortuito, poteſt agere contra tertium poſſeſſorem non excuſſo principali debitore, vt per Neguſ. in prima parte tract. de pign. nu. 7., de quibus latius p Iaſ., & DD. in gloſ. verſ. nihil intereſt. dict. §. item ſeruiana Infra de actio.

QVOTVPLEX SIT PIGNVS.

PIgnus propriè ſumptum eſt triplex: PRAETORIVM ſcilicet, IVDICIALE, & CONVENTIONALE. alij addunt quartam ſpeciem legale ſcilicet, quod tacitè à lege inducitur abſq; hominis facto: ſed quia iſtud non eſt propriè pignus per ea. quæ nuper diximus, ſed tacita potius hypotheca, quæ ſine traditione ſaltem expreſſa contrahitur: Ideo de ea ſupra in materia hypothecæ decreui tractare. Videamus nunc, quæ ſint ſingulæ eius ſpecies, & primò.

DE PIGNORE PRAETORIO.

QVALITER, ET IN QVIBVS CASIBVS conſtituatur pignus prætorium.

1. Qualiter in bonis debitoris conſtituatur pignus prætorium.
2. Pignus iudiciale, quod pro executione ſententiæ

diffinitiuæ conſtituatur.

3. Primum decretum idem eſt, quod primus iuſſus, ſiue prima iudicis aggrauatio.

4. Datur quandoq; primum, ſine ſecundo.

5. Requiſita ad conſtituendum pignus prætorium in bonis debitoris.

6. Qualiter miſsio in poſſeſs. bonorum debitoris ex primo decreto ſit facienda.

7. Recitantur plures effectus miſsionis in poſſeſs. bonorum debitoris ex primo decreto.

8. Legatorum ſeruandorum gratia qualiter, & quando pignus prætoriũ cõſtituatur in bonis hæredis.

9. Recitantur plures effectus miſsionis in poſſeſs. legatorum ſeruandorum gratia.

10. Qualiter conſtituatur pignus prtæorium, damni infecti nomine.

PIgnus prætorium tunc conſtituitur, quando prætor, vel alius iudex ordinaria præditus iuriſdictione nulla præcedente ſententia diffinitiua mittit aliquem in poſſeſsionem ex primo decreto: veluti quando ratione contumatiæ debitoris contra eum procedit, & in pœnam contumatiæ mittit creditorem in poſſeſs. bonorum debitoris condemnando eum, vt ſecum recipiat in poſſeſſione ipſum creditorem cauſſa cuſtodiæ, & rei ſeruandæ, de quo in l. cum vnus .ff. de bon.auctor.iudic.poſſid. Idem pariter dicendum eſt in alijs caſibus, de quibus in l. 1. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſs. eatur, & C. de prætorio pignore; tunc ex hac miſsione cauſſatur pignus prætorium in bonis, in quibus fit miſsio, poſtquã tamen miſsio fuerit facta, ante immiſsionem verò non erit pignus, vt probat textus in l. non eſt mirum, vbi Bart. de pign. actio., & in c. cum aliquibus, de ſent. & re iudic. & ideo dixi huiuſmodi pignus re contrahi.

Dixi nulla præcedente ſententia diffinitiua, ad differen-
2. tiam pignoris iudicialis, de quo in tit. C. ſi in cauſſa iudic. pignus cap. ſit, quod conſtituitur à iudice pro executione ſententiæ diffinitiuæ, vt habetur in gloſ. l. 2. C.

qui potior in pign. hab., & glo. l. 2. C. de prætor. pign.
Dixi ex primo decreto; decretum .n. idem eſt, quod iuſ-
3. ſus, ſiue prima iudicis aggrauatio, per quam actori ali-
quid applicatur, vt not. Bart., & alii ord. in l. ſi finita
§. Iulianus .ff. de dam. infec., & dicitur primum reſpe-
4. ctu ſecundi .l. qui duobus. de reb. dub. licet id non
ſemper contingat cùm ſit dare quandoq; primum, ſine
ſecundo argumento c. Ioſeph. de verb. ſign. veluti ſi
ante immiſsionem ex ſecundo decreto ille, contra quē
eſt facta immiſsio compareat, & refectis primum litis
impenſis cautionem præſtet de iudicio ſiſti, de legatis
præſtandis, aut de damno infecto, vt infra dicemus in
alijs exemplis, quod qualiter, & quando fieri poſsit,
not. Abb. in c. quoniam frequenter .§. fi. poſt gloſ. ibi
num. 36. 37. & 41. ex. vt lite non conteſt., & latius ha-
betur per ſpecul. tit. de ſecundo decreto .§. iuxta poſ-
ſeſsionis ordinem nu. 2. iuncto §. nunc dicamus.
Dixi propter contumatiam, & in pœnam contumatiæ, ideò
5. debet præcedere peremtoria citatio rei ad partis in-
ſtantiam, deinde contumatia ſequi; vt quia citatus nō
venerit, nec miſerit; item debet libellus porrigi, per
quem conſtet de quantitate debiti; item quod actor ac-
cuſauerit contumatiam rei, quod conſtet iudici de con-
tumatia per relationem nuntij de citatione aliter non
poteſt ad primum decretum deueniri, vt not. Caſtr. in
d. l. ſi finita. §. ſi plures nu. 6.
Dixi mittit actorem in poſſeſsionem bonorum debitoris,
6. quo caſu ſciendum eſt miſsionem debere fieri pro mo-
do debiti in libello declarati non autem in omnibus bo-
nis, vt olim fiebat iuxta Auth. & qui iurat. C. de bon.
auctor. iudic. poſsid. not. gloſ. l. 1. ff. ex quibus cauſ. in
poſ. eatur, vbi Bart. & Abb. in c. quoniam frequenter
§. fi. nu. 35., vt lite non conteſt., & in hac miſsione ſer-
uandus eſt ordo, de quo in l. 1. C. de prætor. pign. vt
primo fiat miſsio in bonis mobilibus: deinde in immo-
bilibus: poſtremò in nominibus debitorum, iubendo
eorum nomen eſſe loco pignoris debitoris.
7. Dixi cōdemnando reum, vt ſecum recipiat in poſ. ipſum
creditorem,

creditorem; & ideò non poterit expellere de poſſeſsione illum, contra quem eſt facta immiſsio, ſed vterq; debet ſtare in poſſeſsione: longè n. aliud eſt poſsidere, aliud eſſe in poſſeſsione l. ſi quis ante, de acq. poſ., & ideò dicitur tenutarius, & cuſtos, & curam habet rei, in quam eſt facta immiſsio, & ei non datur interdictum vti poſsidetis, quod competit poſſeſſori, qui in ſua poſſeſsione turbatur .l. ſi duo .§. creditores .ff. vti poſsid.

Dixi demum cauſſa cuſtodiæ, & rei ſeruandæ ad hoc, ſcilicet vt ſeruet, & cuſtodiat rem, & per hanc immiſsionem ſaluum ſit ſibi ſuum ius, & tedium faciat miſsionē paſſo cuſtodiendo fructus, ne debitor eos conſumat l. is cui §. qui legatorum .ff. vt in poſ. legat., & d. l. ſi finita .§. ſi quis autem. ad hoc, vt debitor tedio dictę immiſsionis affectus compareat reſponſurus, iuxta not. per Abb. in d. c. §. fi. num. 14., & prout latè de effectibus dictę immiſsionis ſcribit Specul. dicto tit. §. iam de effectu.

Item legatorum ſeruandorum gratia, ſi non caueatur pi-
8. gnus prętorium conſtituitur in bonis hæredis: nam qñ hæres grauatus eſt legato conditionali, aut in diem, vel etiam puro (cùm dilatio iudiciorum nonnullas quandoq; patiatur moras l. hęc ſtipulatio, & l. etiam .ff. vt legat. nomine cau.) poſt aditam hęreditatem, vel agnitam bonorum poſſeſsionem, recuſat fideiubere delegatis prętandis aduenta die, aut conditione, aut elapſa dilatione iudicij, & faciendo eo, quod voluit teſtator: Item dolum malum abfuturum, quod ſcilicet nihil hęres dolo faciet in traditione rei, tradendo puta ſeruum venenatum, vel imponendo ſeruitutes fundo legato, aut dolo malo agendo, ne conditio exiſtat l. 1. in princ. ff. vt legat. nomine caue., tunc legatarij mittuntur in poſſeſsionem rerum hęreditariarum, etiam ſi locupletes ſint hęredes, & ex hac immiſsione cauſatur pignus prętorium in bonis, in quibus fit immiſsio, vt de hoc pignore extat tit. ff., & C. vt in poſ. legat. & C. de prętor. pign. iſtius immiſsionis effectus eſt, vt miſ-

9. ſus ſit in poſſeſsione, ius tamen expellendi hęredem non habeat: quia ſimul cum eo poſsidere iubetur ad hoc, vt perpetuę ſaltem cuſtodię tedio extorqueat ab hęrede cautionem, & cuſtodiat fructus, ne ab hęrede conſumantur: poterit tamen fructus vendere, ſi ita expediat, & prętium ſeruare, vt dicit tex. ad literam in l. is cui §. qui legator .ff. vt in poſ. legat. in his verbis, qui legatorum ſeruandorum cauſſa in poſ. mittitur, & fructus cuſtodię, & cętera debebit, & ratio quidem eſt, hęredem colere agros, & fructus redigere; ſed cuſtodire legatarium fructus oportebit, ne ab hęrede conſumantur; quòd ſi hęres fructus nolit cogere, permittendum erit legatario cogere fructus, & coactos ſeruare; quinnimò & ſi tales ſint fructus, quos primo quoq; tempore venire expediat, vendere quoq; permittendum eſt.

Si damni infecti nomine non caueatur; deinde conſtitui-
10. tur pignus prætorium: quando quis mittitur in poſſeſsionem vicinarum ædium, quæ ruinoſæ ſunt: nam ſi earum dominus, vel in eis ius habens, non vult cauere, dominis vicinarum ædium de damno infecto: i. quod ædes damnum non facient: Vt quia vicinus, licet damnum ſit infectum: illud tamen futurum veretur, ne ſcilicet cadendo damnum faciant vicinus ædib., & earum dominis, vt in l. 2. de damn. infec. tunc vicinus mittitur in poſſeſsionem dictarum ædium, quæ ruinoſæ ſunt, per quam immiſsionem cauſſatur pignus prætorium, de quo loquitur tex.; & ibi DD. ord. in l. ſi finita §. Iulianus, & tot. tit. ff. de damn. infec., & hæc de prætorio pignore. ſequitur nunc videndum.

DE PIGNORE IVDICIALI, QVALITER CONSTITVATVR, & quomodo differat à prætorio.

1. Pignus iudiciale, quod conſtituatur pro executione ſententiæ diffinitiuę in bonis debitoris con-

demnati

demnati pro modo debiti.

2. Recitantur quatuor differentiæ inter pignus prætorium, & iudiciale ibi num. 2. vſq; ad fin. quæſtionis.

3. Recitatur differentia inter pignus prætorium, & iudiciale circa eorum recuperationem, & differentiæ ratio.

4. Pignus prætorium, & iudiciale, quod tunc reuocentur: quando illud fit, quod ſi ab initio factum fuiſſet, pignoris conſtitutio non fuiſſet conceſſa.

Pignus iudiciale tunc conſtituitur; quando iudex tulit ſententiam diffinitiuam, & pro eius executione mit-
1. tit creditorem in poſſeſsionem bonorum debitoris condemnati pro modo debiti in libello declarati: ex hac miſsione cauſſatur pignus iudiciale in re, in qua fit miſſio, vt habetur ex glo. l. 2. C. de prætor. pign., & gloſ. l. 2. C. qui potior. in pign. hab., & de hoc pignore loquitur tit. ff., & C. de bon. auctor. iudic. poſsid. & C. ſi in cauſſa iudic. pignus cap. ſit, & tex. in l. à diuo Pio §. in venditione de re iudic., vbi traditur ordo ſeruandus in hac miſsione: vt primò capiantur mobilia; deinde immobilia; demum nomina debitorum.

Differunt inter ſe pignus iudiciale, & prætorium, vt ar-
2. guitur ex diuerſitate tit. C. de prætor. pign. & C. ſi cauſſa iudic. in hoc potiſsimum: quia in prætorio nulla preceſsit ſententia, ſed fit miſsio cauſſa rei ſeruandæ, & pro vt ſupra dictum eſt. in iudiciali verò preceſsit ſententia: immò in eius executione fit miſsio: hinc reſultat, & ſecunda differentia, quòd licet in pignore prætorio miſſus in poſſeſsionem non poſsideat: ſed tantùm ſit in poſſeſsione, & pro vt ſupra dictum eſt. in iudiciali tamen immiſſus poſsidet: & ideo habet interdictum vti poſsidentis, quod denegatur immiſsio ex
3. prætorio pignore. Item & tertio differunt in alio: quia in pignore prætorio, antequam illud diſtractum ſit, aut in ſolutum creditori datum, vel ex iudicis ſecundo decretò ſtatutum, quòd immiſſus ſolus poſsideat, poteſt ille

ille, contra quem eſt facta immiſsio, recuperare tenutam, reficiendo expenſas, & cauendo de iudicio ſiſti, de legatis præſtandis, aut damni infecti nomine, iuxta Auth. & qui iurat. iuncta gloſ. fin. C. de bon. auctor. iudic. poſid: ſed in pignore iudiciali ſecus eſt: quia in eo non auditur reus volens recuperare poſſeſsionem: licet offerat expenſas, & ſatisfactionem niſi ſoluat illud, in quo eſt condemnatus: ratio differentiæ eſt: quia primo caſu: ideò fit immiſsio: quia reus non venit, & eſt contumax, vel quia non cauit: ideò audiendus eſt, ſi venerit, & cauerit. ſecundo verò caſu fit miſsio: quia non ſoluit; non quia non venit: & ideo poſſeſsionem non recuperat, niſi ſoluat: debet.n. illud fieri;
4. quod ſi ante miſsionem factum fuiſſet, immiſsio nō fuiſſet conceſſa, per regulam l. ſi pecuniæ §. fi. ff. vt in poſs.legat., de quo dic, vt per Bart., & DD.in l. properandum §. ſin autem reus C. de iudicijs. Aſsignatur, & alia differentia per gloſ. rub. C. de prætor. pign., quòd prætorium à iudice ordinario, iudiciale à delegatò conſtituitur: ſed de his plenius Rip. in rub. de pignor. de prædictis autem omnibus, non loquitur tex. noſter. ſequitur nunc videndum,

DE PIGNORE CONVENTIONALI.

AD intelligentiam pignoris conuentionalis, quod non niſi rei traditione contrahitur, de quo propriè loquitur tex. noſter, erit nobis videndum de pluribus: primò qualiter, & quando contrahatur, & quomodo differat à prætorio pignore. ſecundo, quæ ad illud contrahendum requirantur. tertiò quæ res pignori expreſsè obligari poſſunt, vel non. quartò quos producat effectus. quintò quæ actio inde oriatur. ſextò, & vltimò, ad quid teneatur creditor pignus recipiens. ex his (ni fallor) habebitis declaratum textum, ſimul cum gloſis.

QVALITER

QVALITER, ET QVANDO CONtrahatur pignus conuentionale, & quomodo conueniat, & differat à prætorio pignore.

1. Pignoratitia directa, & contraria competit, tam pro pignore prætorio, quàm conuentionali.
2. Pignus conuentionale à creditore naturaliter, & ciuiliter poſsidetur. prætorium verò ſolùm cuſtoditur.
3. Creditor, ſi turbetur in poſſeſsione pignoris conuentionalis, habet interdictum vti poſside: ſed pro prætorio non.
4. Debitor facilius recuperat pignus prætorium, quã conuenrionale.
5. Creditor in prætorio latam, in conuentionali verò, & leuem preſtat culpam.

Pignus conuentionale, tunc contrahitur; quando debitor, vt facilius pecuniam, vel aliud à creditore conſequatur, & ad hoc, vt creditori in tuto ſit creditũ, rem mobilem non ſolum obligat: ſed ad maiorem ſecuritatem creditoris illam ei tradit, aut pœnes creditorem eam dimittit: tunc eam recepturus cùm debitũ ſolutum fuerit, vel aliter creditori debitoris nomine ſatisfactum: & poteſt quibuſconquæ verbis contrahi, etiam ſine ſcriptura. l. contrahitur de pignor. puta, ſi dicatur mutua mihi decem, ſuper iſto libro, vt per Bart. in l. codicillis §. inſtituto de legat. ſecundo.

Dictum conuentionale: quia ex partium expreſſa conuentione prouenit, ad differentiam pignoris prætorij, & iudicialis, quæ ſine conueutione à iudice conſtituuntur.

1. Conuenit cum prætorio primò reſpectu actionis pignoratitiæ: quia ſicut debito ſatisfacto competit debitori directa pignoratitia, ad repetendum pignus conuentionale: eodem modo competit ad repetendum prætorium ſoluto debito. l. is cui §. quæri poteſt ff. vt in poſ.

legat.

legat. quod pariter procedit in pignoratitia contraria, quæ ſicut competit creditori ad repetendas expenſas in pignore conuentionali factas; ita & ad repetendas expenſas factas in prætorio, vt not. Bart. in l. 1. de pignor. actio: ſecundò conuenit: quia vtrunq; rei interuentu contrahitur vt ſupra.

2. Differt autem in pluribus, ſecundum gloſ. in verbo traditum d. l. 1. de pign. actio. & primò quia pignus conuentionale à creditore, & naturaliter, & ciuiliter poſsidetur, vt Infra dicemus circa eius effectus: ſed prætorium tantummodo cuſtoditur, & detinetur l. 3.

3. §. creditores. ff. vti poſsid. Hinc ſequitur, & ſecunda differentia, quòd creditor habet interdictum vti poſsidetis, ſi turbetur in poſſeſsione pignoris conuentionalis, vt Infra dicemus circa eius effectus, ſecus verò in prætorio. Ratio differentiæ eſt: quia priore caſu creditor poſsidet: poſteriore verò non poſsidet. Sed eſt in poſſeſsione cauſſa cuſtodiæ, vt ſupra dictum eſt

4. tertiò differt; quia conuentionale non recuperatur per debitorem, niſi ſoluto debito, vt Infra dicemus: ſed prætorium recuperatur per comparitionem, cum ſatiſdatione, expenſarum refectione, & vt ſupra diximus, & probat tex. in Auth. ei qui. C. de bon. auctor. Iud.

5. poſsid. quartò in conuentionali creditor de dolo, & leui culpa tenetur, vt Infra dicemus in vltima quæſtione; ſed in prætorio de dolo, & lata tantum culpa. l. prætor §. eſt preterea ff. de bon. auctor. Iud. poſ. & de his hactenus. qui plures nunc deſiderat differentias. inter vtrunq; pignus, videat Bart. in d. l. 1. poſt gloſ. ibi verb. traditum. Iaſ. in §. item ſeruiana Infra de actionum. 7., & omnino Neguſ. in tract. de pign. in primo membro tertiæ partis.

QVAE REQVIRANTVR AD contrahendum pignus conuentionale.

1. Pignus non conſtituitur, niſi ſuper obligatione præcedenti.

2. Paria

2. Paria ſunt nullam,& inualidam eſſe obligationẽ.
3. Pignus rei traditionem expoſtulat.
4. Pignus à pugno dicitur.
5. Impropriè etiam immobilia manu traduntur.
6. Pignoris conſtitutio conſenſum requirit contrahentium.

QVatuor ſunt ſubſtantialia requiſita ad huiuſmodi pignus contrahendum : quorum primum eſt, vt
1. aliqua obligatio pura in diem, aut ſub conditione ciuilis, aut naturalis, ſua, aut aliena præcedat tex. eſt in l. contrahitur, iuncta l. ſeq. vbi Bart. ff. eo. l. fideiuſſor obligari,& ibi Bart. in princ. de fideiuſs. vnde pretextu nullæ, aut inualidæ obligationis, non poterit pignus
2. conſtitui. paria .n. ſunt nullam, vel inualidam eſſe obligationem, vt not. gloſ. fin., quam ſequitur Bart. & alij in l. 2. de cond. ob turpem cauſſam; not. Iaſ. in l. ex his. cum ibi citatis de cond. indeb.
Secundum requiſitum eſt, quòd adſit res certa, ſuper
3. quà cadat pignus, & quòd iſta res tradatur, aut pœnes creditorem dimittatur; ita vt ad ipſum tranſeat poſſeſſio; aliàs non habet locum pignoratitia, vt colligitur ex textu noſtro ibi creditor quoq;, qui pignus accepit, ponderando verbum accepit, ad differentiam hypothecæ, quæ ſolo conſenſu, ſine traditione, & acceptio-
4. ne contrahitur, vt infra videbimus. Hinc dicitur pignus à pugno, eo quod pugno, ſine manu tradatur .l. plebs .§. pignus. de verb. ſign. vnde ſequitur.
Tertium requiſitum, quòd ſcilicet res mobilis ſit: quia
5. immobilia manu non traduntur impropriè tamen, & abuſiuè, etiam immobilia dicuntur manu tradi per acceptionem particulæ de illius ſubſtantia pro tota re; vt not. gloſ. in d. §. pignus. ideo impropriè loquendo, & abuſiuè pignus etiam in re immobili conſiſtere poterit, & ita intelligitur tex. noſter, vt firmat Miſing. hic, in princ.
Quartum, & vltimum ſubſtantiale requiſitum ad contrahendum pignus conuentionale eſt conſenſus: nullus

.n. eſt contractus, qui in ſe conſenſum non habeat l. 1. §. adeò. ff. de pact.

QVAE RES PIGNORI EXPRESSE, obligari poſsint, vel non.

DE hac quæſtione latè ſupra circa generalem, & ſpecialem hypothecam dictum eſt ideò ad ea, de quibus ibi me remitto.

QVOS PRODVCAT EFFECTVS.

1. Pignus vtriuſq; gratia conſtituitur, & debitoris, & creditoris.
2. Melius eſt pignori incumbere, quàm in perſonam agere.
3. Qualiter ad pignoris venditionem deueniatur.
4. Quando pignoris conſtitutio habeat vim alienationis.
5. Qualiter debitor, & creditor pignus poſsideant.
6. Pignus quòd poſsit pro alio debito retineri.
7. Quod non valeat pactum legis commiſſoriæ in pignoribus.

PLures producit effectus, quorum primus eſt, vt mediante pignore facilius in ducatur creditor ad mutuandam pecuniam, vel aliud agendum: quia per pignoris traditionem, creditor redditur ex toto ſecurus: ideò dicebat Imperator hic in tex. quòd pignus vtriuſq; gratia datur, & debitoris: quo magis pecunia ei credatur, & creditoris, quo magis in tuto ſit creditum
2. &c. Melius eſt enim pignori incumbere, quam in perſonam agere §. furti Infra de oblig. quæ ex delic. quod
3. adeò procedit, vt ſi debitum non fuerit ſolutum, poſsit creditor denuntiatione præmiſſa pignus vēdere. l. fi. §. 1. C. iure domin. impetr. not. Azo. in ſumma. C. de diſtrac. pign. licet pactum inter eos interuenerit, de non vendendo pignore: dum tamen hoc caſu creditor ter

denuntiauerit debitori, vt not. Bart. per illum tex. ff. de pig. actio.

Secundus effectus eſt, quòd ſi pignus conſtituatur pro
4. tanto debito, vt veriſimiliter non ſubſit ſpes luitionis, ſit potius alienatio facta in creditorem, quàm pignoris conſtitutio, vt not. Bart. per illum tex. in l. legata. §. fi. de ſupel. legá. quatenus ibi dicit I. C. rem pignoratam non contineri in bonis ſuis, ideſt pignorantis, & l. qui habebat, in princ. de leg. tertio vbi appellatione bonorum propriorum, non compræhenduntur pignori data.

Tertius effectus eſt quòd licet debitor rem pignori obli-
5. gauerit: adhuc tamen dicatur eam poſsidere, non propriè, ſed fictè, non per ſe, ſed mediante perſona creditoris. l. qui pignoris, & l. prima. §. per ſeruum corporaliter. & ibi not. Iaſ. ff. de acq. poſ. primò quoad effectum vſucapionis, & acquiſitionis fructuum ipſius rei pignoratæ. ſecundò adeò dicitur debitor poſsidere, vt licet alia bona non poſsideat: tamen releuetur ab onere ſatiſdandi iudicatum ſolui, & de iudicio ſiſti quas ſatiſdationes præſtare tenetur, qui non poſsidet mobilia, nec immobilia, iuxta tex. in l. ſciendum. §. fi. qui ſatiſd. cogi vbi Alex. num. 6. in fi., & num. 7. niſi res eſſet pignorata pro tanta ſumma, quòd non ſubeſſet ſpes. luitionis, vt ſupra quoad alia verò, creditor dicitur propriè naturaliter, & ciuiliter poſsidere: ideo ſi turbetur in poſſeſsione rei pignoratæ, habet interdictum vti poſsidetis, vt not. Iaſ., & Alex. in d. §. per ſeruum. Hinc etiam eſt, quod debitor poteſt precariò rogare rem pignoratam, & eam conducere à creditore. l. cum & ſortis §. fi. de pign. actio. vbi Bart., & l. ſciendum §. poſſeſſor, il primo: qui ſatiſd. cog. vnde ſequitur, quod in re propria conſiſtat precarium, & conductio.

Quartus effectus eſt, vt poſsit pignus retineri per credi-
6. torem; donec ei debitum ſoluatur vt hic, & non ſolum pro illo debito: ſed etiam pro alio, pro quo non fuit conſtitutum l. 1. C. etiam ob chirographar. pec., & ibi Azo. & DD.

Quintus, & vltimus effectus ex his, quos refero eſt quòd
7. ſi pignus fuerit conſtitutum hoc pacto, vt niſi Infra tale tẽpus debitū fuerit ſolutū,res pignori tradita,ſit creditoris,ꝙ tunc nō valeat tale pactū tamquã pactū,legis commiſſoriæ. l. 1. in fi. C. de pact. pign. l. 1. ff. lege commiſ. Ratio prohibitionis eſt: quia cum,vt plurimū pignora ſint maioris prætij quàm ſint debita huiuſmodi pactum nō caret vſura, cùm velit eo in caſu creditor aliquid vltra ſortem conſequi, ita vt hoc pacto non obſtante non poſsit retineri, niſi pro rata crediti, de quo quidem pacto latè Neguſ. tract. de pigno. in quarta parte princip.

QVAE ACTIO INDE ORIATVR.

1. Actio pignoratitia duplex: directa, & contraria.
2. Ad quid competat pignoratitia directa, & quando competere incipiat.
3. Fructus percepti ex re pignorata computantur in ſortem.
4. An pignoratitia naſcatur ex contractu, vel ex ſolutione debiti.
5. Cui, & ad quid detur pignoratitia contraria.

Actio pignoratitia,vt hic in tex. de qua extat tit. ff. & C. de pign. actio., & hæc eſt duplex: directa ſcili-
1. cet, & contraria, directa competit debitori aduerſus
2. creditorem ad repetendum pignus eius dolo, vel culpa non deterioratum l. creditor la 2.C.de pign, actio,tunc cùm debitum integrè ſolutum fuerit l. qui pignori, ff. eo.l. quamdiu.C. de diſtrac. pign., aut eo nomine ſatiſfactum creditori.§.omnis l, ſi rem. ff. de pign. actio. vel alij de ipſius voluntate l. ſolutum §. ſolutam.eo.tit. aut ſi creditor recuſat pecuniam accipere facta demum oblatione debiti, cum obſignatione, & depoſitione vt ſupra in §. præcedenti dictum eſt, & not.poſt tex. in l.
3. acceptam.C.de vſur, Et in hac ſolutione fructus computantur, quos crèditor percepit ex re pignorata .l. 1.

& 2. C.

& ſ. C. de pign. actio. l. 2. C. de pact. pign. adeò vt ſi fructus percepti aſcendunt ad ſummam crediti, pignus ipſo iure liberatum ſit d. l. 1. C. de diſtrac. pign. vbi Caſtr. ait, quod vſurarij ſolentes ludrari fructus, vo-
4\. lunt, quòd conficiatur inſtrumentum venditionis, & hæc actio naſcitur ex contractu dudum inito poſt ſecutam tamen ſolutionem; ità vt naſcatur ex contractu propter ſolutionem: & hæc eſt communis opinio, vt teſtatur Bell. hic in gloſ. verſ. pignoratitia, per tex. in d. §. omnis. vnde infertur ſine actione eum experiri, qui agit pignoratitia, antequam ſit ſatisfactum credi-
5\. tori, vt ibi per eum. Contraria vero datur creditori contra debitorem ad eos omnes neceſſarios ſumptus conſequendos, quos fecit in re pignorata .l. creditor la 2. in fi. C. de pign. actio., de quo hic, per Aret. in fi., vbi etiam ponitur modus formandi libellum in pignoratitia.

AD QVID TENEATVR CREDITOR pignus recipiens.

AD hoc reſpondet Imperator hic, & I. C. in l. ſi cum venderet .§. 1. de pign. actio. eum teneri de dolo, & culpa leui non de leuiſsima, nec de caſu fortuito, adeò vt ſi res pignorata culpa creditoris leuiſsima aut fortuito caſu perierit, non ſibi; ſed debitori tamquam domino pereat. l. pignus C. de pign. actio. Ratio eſt: quia contractus fuit celebratus gratia vtriuſq;, dantis ſcilicet, & recipientis, vt hic, iuxta diſtinctionem textus in l. ſi vt certo .§. nunc videndum ff. commod., de qua ſupra in materia commodati dictum eſt: leuiſſima igitur culpa, & caſus fortuitus ſpectant ad debitorem, qui eſt dominus rei pignoratæ, niſi culpa creditoris caſum præceſſerit, vel ita conuentum ſit inter eos, quòd creditor teneatur, etiam de caſu .l. quæ fortuitis, & ibi gloſ., & l. pignus C. de pign. actio., & prout latius per Bel., & alios hic, in gloſ. verſ. fortuito caſu.

FINIS.

REGISTRVM.

✱ ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ

Aa Bb Cc Dd Ee Ff.



ALEXANDRIÆ,

Ex Officina Herculis Quinctiani

M. D. LXXXVIII.

De licentia Superiorum.

ERRATA CORRIGANTVR

ſic videlicet.

CHarta 2. in fronte linea 15. vbi legitur ſupra legatur Infra ea. char. a tergo li. 28. ſupra Infra, char. 18. in fronte li. 23. credidi credidit ea. char. li. 34. vt, aut char. 20. in fronte li. 25. quia cõſtituta, qui ch. 33. in fronte li. 7. mixta mixtæ ch. 35. a tergo l. 1. obligatio obligationẽ ch. 39. in fronte li. penult. de eo., eo. ch. 40. a tergo li. 24. Alyſ. Miſing. ch. 42. a tergo li. 19. quibus, ex quibus ea. ch. li. 24. at, vt ch. 47. in fronte li. 10. in ratione, ſi ratione ch. 51. a tergo li. 1. habebitur, habilitas ea. ch. li. 20. rerum, verũ ch. 56. in fronte li. 3. ordine, ordinarie ea. ch. a tergo li. 11. conſenſu, conſenſus ch. 62. in fronte li. 16. tertio, quarto ch. 67. a tergo li. 2. indebitum debitum ch. 68. in fronte li. 10. condictio, conditio ch. 70. a tergo li. 4. & eo. ch. 77. a tergo li. 32. qui, quod ch. 78. in fronte li. 22. conceſſa, vendita ch. 79. in fronte li. 27. vendito, conducto ch. 80. in fronte li. 31. eſt, iſte ea. ch. li. 34. commodanti cõmodatario ch. 82. in fronte li. 14. dubitatur Aret. & dd., dubitatur per Aret. & dd. ch. 84. a tergo li. 5. diſtractum, diſtractionem ch. 88. in fronte li. 7. per quam, per quem ea. ch. li. 34. inuicem, Iudicem ea. ch. a tergo li. 28. Bart. Barb. ch. 90. in fronte li. 18. pro ſe, per ſe ch. 103. in fronte li. 7. non nam ea. ch. li. vltima dictam dictum ch. 104. a tergo li. 16. obligati obliganti ch. 106. a tergo li. 33. facta, facto ch. 111. a tergo li. 7. ſatisfactionem ſatisdationem.

Alia errata ſi que fuerint omiſſa prudens lector poterit ipſe per ſe corrigere.

117

FINE

R. SALVA[illegible]
RESTAURO
Via Val Sassina, 6 APR 197[illegible]
Tel. 689.223